PLACITA
IVDICIALIA
AVTHORE
PETRO ANTONIO
AB ALEXANDRO

S. T. ET V. I. D. GALATEO, EPISCOPO S. MARCI

COLLECTA, ET AB EODEM PROMVLGATA,

Cum Vicarij Generalis munus bis in Metropolitana Audientia Hydruntina, ſemel in Metropolitana Brunduſina, bis in Epiſcopali Neritonenſi, & demum in Licienſi per triginta ſere annos obiret.

IN SEX PARTES IVXTA TEMPORIS DISTRIBVTA
TRIPLICI TOMO COMPLEXA

Opus plurimas materias Canonicas, & Ciuiles ad forum pertinentes complectens.

Cum duplici Indice, Placitorum vno, altero Rerum notabilium enucleato.

PARS PRIMA.

TOMI SECVNDI.



NEAPOLI, Ex Typographia Michaelis Monaco MDCLXXXXII.
SVPERORVM LICENTIA



ALTISSIMO DOMINO NOSTRO,

IESV CHRISTO

REGI REGVM,

ET DOMINANTIVM DOMINATORI,

AC IVDICI SVPREMO

Semper Adorabilissimo.





Mabilissimis Diuinæ Maiestatis Tuæ pedibus prouolutus spiritus meus, veniam efflagitans, deprecatur enixè, vt exaudire digneris preces humilitatis meę de excelso solio Glorię tuæ. Sed quid! Loquar ad Dominum meum, cum sim puluis,& cinis? Non equidem; propriæ namque non oblitum pusillitatis mea me terret exilitas.

Tuum est effari, qui VERBVM es PATRIS mellitissimum. Tua enim eloquia dulcia sunt faucibus meis, ori meo dulciora super mel, & fauum. Meum est audire, quid loquatur in me Dominus meus, VERBVM verè ineffabile, sed æquè eloquentissimum, si linguas infantium facis esse disertas; & hinc verba hæc, quæ os tuum suavissimum loquutū est in me, sicut loqui æquum, ità reticere nephas: Non enim possum verba tua dulcissima, & æquissima iudicia tua non eloqui; Tua inquam verba, & proculdubio ità mihi benè meæ exiguitatis conscio fatendum est; & tua iudicia, quæ de vultu tuo prodiere. Nec tuam præterit infinitam sapientiam, qui meus fuerit modus in regendo, qui finis in iudicando, non alius profectò extra Te, qui vnus, & omnis es horum laborum, & cunctarum actionum summè, semperquè expetitus. Vnde non temerè auderem hæc mea verba, rectiùs Tua Placita. Tua nuncupare iudicia; quæ Te Authore. Te Duce, Te Gubernante protulerim. Oh quanto iure, et Placita dicta sunt hæc iudicia, et Tua, meaquè. Placita quidem, quia ea solùm ratione prolata, vt Tibi placerent, Tua verò, quia Tua iustitia; at mea proh dolor, ex quàm plurimis, quibus plena

sunt

ſunt, mendis. Quanquam et ex hoc capite etiam Tibi placere deberent, vt in eis reperiat Tua Miſericordia, quid ignoſcat, ſin minùs quid agnoſcat. Plurimi namque poſſent in hoc opere irrepſiſſe, ſed fateor eas, vt vides intellectus fuiſſe, non voluntatis. At longè plures ſunt anteactæ vitæ in Immenſam Tuam Bonitatem temerarij conatus, quibus intimo dolore percullſam, tædet animam meam vitæ meæ; & certè nimis durum eſt viuere, et poſſe viuendo Tuam Diuinam Maieſtatem offendere. Et hinc etiam proceſſit hæc mea nè fortè multùm audax fiducia, offerendi Tibi hos qualeſcunquè labores; vt qui ſolus, et Supremus es Iudex, excipias nunç iudiciariæ meæ villicationis rationes, et pœnas mihi decernas in præſenti ſæculo, quo poſſim de Tuo, Tua nimirum miſericordi ope ſuffultus, Tuæ ſatiſdare Iuſtitiæ. Viue ſemper. Amabiliſſime IESV, cordium omnium voluptas, æternum viue.

Tuæ Altiſſimæ Diuinæq; Maieſtatis

Indignis. Humilim. Inutillim. Seruus
Petrus-Antonius Epiſcop. S. Marci.



Tudia tua studiose Lector exposcit Author, liber exoptat; Author quidem, vt sibi indulgeas, si quid in hoc opere oscitantèr dictum, minusuè aptum exciderit; cum enim inter multiplices negotiorum moles in regimine Ecclesiarum, in quibus Vicarij Generalis cum ampla potestate munus exercuit, penè absortus extitit, opus hoc subcesiuis horis, & concepit, & in lucem edidit. Liber verò potiori iure, quippè quia suo Authore in diuersas curas discerpto expoliri non meruit, & ex impressionis ineuitabili necessitate plures errores admisit. De vno, vel altero te Author monitum desiderat; primum quidem, illum ordinem seruatum in hisce placitis describendis, qui fuit in proferendis: eaquè diuisa in sex partes tribus tomis comprehensas; quarum prima continet ea Placita, quæ in Curia Episcopali Neritonensi primò: Secunda, quæ in Archiepiscopali, & Metropolitana Hydruntina: Tertia, quæ in Archiepiscopali, Brundusina: Quarta, quæ in eadem Episcopali Neritonensi secundò: Quinta, quæ in eadem Metropolitana Hydruntina secundo: Et sexta, quæ in Episcopali Lyciensi latafuere. Alterum verò, sententias omnes in eis promulgatas, fuisse vel à partibus laudatas, vel non appellatas, vel appellatas, & confirmatas, paucis non supra quatuor exceptis appellatis, & adhuc indecisis pendentibus; & quamuis id non fuerit in fine cuiusquè aduersum; hic tamen annuitur, vt Summi Bonorum omnium Datoris dona in eis recognoscas; eiquè cum Authore gratias referas perennes. Viue interim incolumis, & munere qualicumque fruere.



REVE-

REVERENDISSIMO SIGNORE.

D. Pietro Antonio d'Alessandro Vicario Generale della Diocesi di Lecce, supplica riuerentemente V. S. Reuerendissima, e dice come desidera stampare due Tomi di Legge intitolati *Placita Iuris*, e come che hà bisogno del beneplacito di V. S. Reuerendissima, supplica perciò interporlo, che lo riceuerà quam Deus.

Infrascriptus vidi opus supradictum, & nil inueni aduersum Fidei Catholicæ, aut moribus Ecclesiasticæ religioni, & iurisdictioni, ideò imprimi posse censui, prout licentiam do, vt imprimatur Neap. die 25. Aprilis 1687.

Ego D. Franciscus Verde Vic. Capit. approbo, & licentiam do imprimendi vt sup.

ECCELLENTISSIMO SIGNORE.

D. Pietro Antonio d'Alessandro supplicando rappresenta à V. E. come desidera stampare vn Libro intitolato *Placita Iuris* in due Tomi. E come che hà bisogno esser reuisto more solito; supplica V. E. commetterne la reuisione à chi resterà seruita, che lo riceuerà quam Deus.

Magnificus V. I. D. D. Cæsar Natalis videat, & referat.

Carrillo Reg. Soria Reg. Miroballus Reg. Iacca Reg. Prouenzalis Reg.

Consul.

EX:

EXCELLENTISSIME PRINCEPS.

Placita Reuerendi D. Petri Antonij de Alexandro à me iussu tuo visa nihil in Regiam Iurisdictionem continent;immò non vulgarem Iurisprudentiam docent, & quam pij dixeris animi, propriamque viri moribus, doctrina, genere eximij;quamobrem si libet Excellentiæ Tuæ prælo cudenda arbitror. Neap. pridie Kal Sextilis 1687.

Excellentiæ Tuæ

Addictissimus Cliens
D. Cæsar Natalis.

Imprimatur. Verum in publicatione seruetur Regia Pragmatica.

Carrillo Reg. Soria Reg. Miroballus Reg. Iacca Reg. Prouenzalis Reg



Comus.

PLA-

PLACITORVM
IVDICIALIVM
PARS ALTERA
INDEX ARGVMENTORVM.

I.

ARGVMENTVM.

Procurator ad præsentandum non poteſt præſentare Patronum, neque ſeipſum, neque procuratorem ſubſtitutum.

II.

ARGVMENTVM.

Inſtitutio quibus concurrentibus deneganda non ſit,& quomodo iuſtificentur. Epiſcopus quando, & quibus ex cauſis poſſit penſiones reſeruare.

III.

ARGVMENTVM.

Transactio de re Eccleſiæ fieri non poteſt ſine iuſta cauſa, & aſſenſu Apoſtolico, ſi magni valoris eſſet, ſiuè ſtabilis,ſiuè etiam mobilis, quæ tamen ſeruando ſeruari non poſſet, etiam ſi dubia res eſſet.

IV.

ARGVMENTVM.

Bona patrimonialia,ad quorum titulum quis eſt promotus, ſunt inalienabilia,quemadmodum Eccleſiaſtica,quibus quòad omnia exequantur,& quæ in eorum alienatione requirantur.

V.

ARGVMENTVM.

Sententia, quæ non iuſtificatur ex actis,eſt notoriè iniuſta, & nulla. Pactum reuerſionis dotis,in contractu dotali appoſitum, liberis non exiſtentibus, quando ſuſtineatur,& an tranſeat ad hæredes ſtipulatoris,ſi decederet.

VI.

ARGVMENTVM.

Beneficium *cap. Odoardus de ſolutionibus* quando concedendum, & quæ requirantur.

VII.

ARGVMENTVM.

Abſolutoria ab obſeruatione Iudicij conceditur actore non probante. Legitimatio perſonarum neceſſa-

A ria

ria est in omni Iudicio, etiam exequutiuo, nedum summario, præsertim parte opponente.

VIII.

ARGVMENTVM.

Via exequutiua datur pro exactione annui censsus contra hæredes debitoris. Legitimatio personæ in omni Iudicio necessaria est, & omissa causat nullitatem. Iuramenti de Calumnia omissio quando non attendatur.

IX.

ARGVMENTVM.

Puella ingressa Monialium clausuram sine sufficienti facultate, etiã ad effectum profitendi, an incidat in excommunicationem? Et quænam sit hæc excõmunicatio? Et quid de Abbatissa, & superiobus monasterij, alijsque monialibus eam admittentibus, siuè non expellentibus admissam.

X.

ARGVMENTVM.

An Clericus debitor, & pauper sit interim Carceribus mancipandus, pendente discussione articuli, an ei sit concedendum beneficium *cap. Odoardus de solutionibus*, vbi plura ad materiam.

XI.

ARGVMENTVM.

Antefatum debetur vxori in bonis matris viri, præsertim accedente eius obligatione, si bona filij non extent, etiam si fideicommisso subiecta sint. *Intellectus textus in auth. Res, quæ C. commun. de legat. & fideicom.*

XII.

ARGVMENTVM.

Calculus rationum sæpè reuideri potest, nisi obstet res Iudicata. Translatio quando dicatur? *Intellectus l. Vnica C. de errore Calculi.*

XIII.

ARGVMENTVM.

Institutio in Iurepatronatus facta spretis patronis non sustinetur; hi verò quando præsentare teneantur. Vocatus de familia, seù de domo, non solum tenetur probare, se descendere de eadem familia, sed etiam esse consanguineum, adhuc parte nõ opponente. Familiæ identitatem probat descendentia, non cognomen. Vocatio familiæ, de quo intelligatur? Obseruanria declarat mentem disponentis. Testis vnicus non probat, & multo minus de auditu, & ab eo, cuius dictum

non

non releuaret. Præsentatus ab existente in quasi possessione, vel ab eius descendente est instituendus. Iuspatronatus non oritur antè, & sine assensu Ordinarij, à quo regulatur.

XIV.

ARGVMENTVM.

Parochus non potest nuptias sponsorum alterius Parochiæ benedicere sub pœna suspensionis, Ordinario proprij Parochi reseruatæ. Quis dicatur proprius Parochus ad hunc effectum, originis, an domicilij.

XV.

ARGVMENTVM.

Literæ Apostolicæ quando morte concedentis, re integra, expirent, & an tempore successoris plena sede exequutioni demandari possint.

XVI.

ARGVMENTVM.

Institutio in Iure patronatus quando deneganda non sit. Familiæ nomen in iure patronatus comprehendit fæminas, & descendẽtes ab eis; præsertim si sit fundatum à fæmina, quæ pro se, & sua familia reseruauit iuspatronatus; quemadmodum in emphytheusi, & feudo fæmineo. Sacerdotis qualitas, vel similis quando præ-requiratur ad præsentationem.

XVII.

ARGVMENTVM.

Iuramentum suppletorium in quibus causis deferendum sit.

XVIII.

ARGVMENTVM.

Iuspatronatus relictum pluribus, quando pro virili relictum intelligatur? & relicto pluribus, vti singulis, qualiter possit vnusquisque præsentare.

XIX.

ARGVMENTVM.

Institutio in iure patronatus quando denegari non possit. Præsentatus à maiori parte præsentantium quando sit instituendus, & quando requiratur maior pars habentium ius? Voces quomodo computandæ? Patroni laici possunt cumulatiuè variare; quid si iurauerint non variare? Præsentatio lite pendente quando sustineatur.

XX.

ARGVMENTVM.

Institutio quando sit concedenda, & be-

non sit deneganda. In iure patronatus successio quando fiet in capita, siuè in stirpes?

XXXI.

ARGVMENTVM.

Assensus Ordinarij est necessarius ad ortum Iurispatronatus, non tamen potest interponi super donatione huiusmodi Iurispatronatus reuocatæ per secundam.

XXX.

ARGVMENTVM.

Manutentio quando contra hæredem concedenda.

XXXI.

Argumentum ex Summario.

XXXII.

ARGVMENTVM.

Creditor non tenetur iurare, quando habet publicum Instrumentum pro se. Beneficium *auth. hoc nisi, debitor C. de solut.* quando intret.

XXXIII.

ARGVMENTVM.

Immissio vigore Saluiani quibus cōcurrentibus deneganda non sit. Identitatem bonorum in antiquis probant præsumptiones? Sumptum ex processu inter alios, & in alia causa gesta, scriptura informis, iunctis adminiculis, testes mortui etiam nulliter examinati. Per clausulam *Constituit procuratorem vt in rem propriam* exercetur actio directa principalis. Tertius possessor rei censitæ soluens, repetit, etiam absquè cessione, solutum compossessoribus rerum hypothecatarum, instar correorum habendi.

XXXIV.

ARGVMENTVM.

Testium examinatorum repetitio post didicita testificata, quando concedenda sit.

XXXV.

ARGVMENTVM.

Manutentio deneganda non est cessionario in quasi possessione exigendi Censum, ex persona, & Iudicio moto per cedentem, & contra possessorem rei censitæ ex solutionibus factis per eius authorem. Possessio in incorporalibus transfertur sine apprehensione.

XXXVI.

ARGVMENTVM.

Iuramentum suppletorium cui deferendum, Actori, an Reo? quæ summa ducatorum modica.

AR-

XXXVIII.

ARGVMENTVM.

Quando possit pater filio impuberi sepultutam eligere.

XXXIX.

ARGVMENTVM.

Tertius, ad Causam pro suo Interesse principaliter adueniens, non impedit processum, multo minus immissionem in vim Saluiani post rem Iudicatam, post quàm ne ad appellandum quidem admittitur.

XXXX.

ARGVMENTVM.

Iudicium exequutionis litterarum Apostolicarum instituitur ordinariè, legitimo contradictore existente, is dicitur qui habet parem titulum Patroni. Filius præfertur alijs in paritate suffragiorum, etiam dignioribus. Monitoria D. Auditoris Cameræ, super iactationibus, sine clausula, dummodo in partibus non sit cæptū, non afficirent, nisi concurrat præuentio. D. Auditor Cameræ est exequutor priuatiuè omnium litterarum Apostolicarum, quando in eis non est datus alius exequutor, nàm tunc esset cumulatiuè, & daretur inter eos præuentio. Regula decima septima Cancellariæ de Cócurrentibus in Data procedit cæteris paribus. Immissio vigore subrogationis gratiosæ in Iuribus defuncti quando concedenda.

XXXXI.

ARGVMENTVM.

Litteræ Apostolicę habent exequutionem paratam, & eorum iudicium est exequutiuum, quòd trāsit in Ordinarium, legitimo contradictore existente; hic diceretur si haberet parem titulum in eadem forma, & ex eadem vacatione. Gratia in forma Dignum facit exequutorem mixtum.

XXXXII.

ARGVMENTVM.

Ecclesiæ Parochiales vacantes Apostolica Sede Vacante, vel ea plena non prouisæ, possunt per Ordinarium prouideri seruata tamē forma S. Concilij Tridentini *sess. 24. de reform. cap. 18. & Cōstitutionis San. mem. Beati Pij V. In Conferendis*; qua spreta reseruantur collationi Summi Pontifici.

XXXXIII.

ARGVMENTVM.

Cognatio Spiritualis contrahitur in Baptismo per infusionem celebrato, à patrino si teneat infantem, cum Baptismus perficiatur, nec requiritur, quòd suscipiat infan-

fantem de manu baptizantis; prout requireretur in Baptiſmo, ſi mos erit celebrari per immerſionem.

XXXXIV.

ARGVMENTVM.

Ceſſionarius nominis debitoris cũ promiſſione exigibilitatis poteſt agere contra cedentem non excuſſo debitore ceſſo.

XXXXV.

ARGVMENTVM.

Mercatores tenentur conficere librum magnum Codicem appellatum, illumque edere requiſiti, non autem giornale. Libri mercatoris quando probent.

XXXXVI.

ARGVMENTVM.

Mandatum quid ſit, quomodo concipiatur, & quatenus per mandatarium ſeruandum eſt.

XXXXVII.

ARGVMENTVM.

Promiſſio indemnitatis quid importet, & in quo differat à promiſſione euictionis ad Intellectũ *textus in l. pater dotem ff. de dote praleg. & textus in l. minor* §. 1. *ff. de euict.* declarantur *Antonius Faber, Thomas Carleualius, & Horatius Montanus.*

XXXXVIII.

Summarium pro argumento.

XXXXIX.

ARGVMENTVM.

Requiſita ad obtinendam inſtitutionem in beneficio Iuriſpatronatus; hoc tranſit ad fideicommiſsarium vniuerſalem cum vniuerſitate bonorum.

L.

ARGVMENTVM.

Argumentum deſumitur ex Summario.

LI.

ARGVMENTVM.

Quando author laudatus ſimultaneo proceſsu, & ſententia procedat? Correus debendi nec ſi ſuis expenſis velit excuti alterum correum, audiatur.

LII.

ARGVMENTVM.

Beneficium *auth. ſi qua mulier C. ad S. Conſ. Veller.* quando ceſset.

Fi-

Filius hæres patris potest ex patris hæreditate dotem exigire confecto inuentario, quod non vitiatur de Iure Canonico ob defectum solemnitatum Iuris Ciuilis.

LIII.

ARGVMENTVM.

Conductor quando possit mutare suæ possessionis causam. Testis vnicus non concludit neque contra producentem. Conductor nó potest excipere de proprietate ad mentem *textus in l. si quis conductionis C. locati.*

LIV.

ARGVMENTVM.

Iuramentum suppletorium non datur, nisi semiplenè probatum sit, neque in delictis, siuè criminaliter, siuè ciuiliter procedatur, neque in causis arduis, & magnæ summæ.



PLA-



PLACITORVM IVDICIALIVM PARS ALTERA.

AVCTORE

D. PETRO ANTONIO AB ALEXANDRO GALATEO,

EPISCOPO SANCTI MARCI.



ARGVMENTVM.

Procurator ad præsentandum non potest præsentare Patronum, neque seipsum, neque procuratorem substitutum.

SVMMARIVM.

1 *Præsentatio facta per procuratorem, censetur facta à principali patrono.*
2 *Præsentatio facta à procuratore de patrono principali, tanquam facta de seipso, non sustinetur.*
3 *Procurator ad præsentandum non potest præsentare seipsum nomine patroni.*
4 *Procurator substitutus non potest præsentare seipsum, neque patronum, neque procuratorem substituentem.*
5 *D. Aloysius. Ricceius refellitur.*
6 *Nemo potest præsentare seipsum.*
7 *Patronus potest preces offerre Ordinario, vt beneficium sibi de Iure patronatus conferret.*
8 *Ordinarius non tenetur patrono supplicanti gratificari.*

PLACITVM I.

D. Hyacinthus N. Sacerdos Insignis Collegiatæ Ecclesiæ Terræ Messapiæ fundauit quoddam simplex beneficium cum reseruatione Iurispatronatus pro se, & suis de familia, vt latiùs in Instrumento fundationis, in quo nominauit in primum beneficiatum Cler N. suum germanum fratrem, & cum hic ad nuptias transijsset, vacante huiusmodi beneficio per contractum matrimonij, ipsemet D. Hyacinthus fundator fecit se præsentari per procuratorem ad præsentandum à se constitutum, eoque instante pro institutione, fuit resolutum, non posse beneficium prædictum per institutionem eidem D. Hyacintho patrono adiudicari.

Ad institutionem enim præcedere debet legitima præsentatio *Ricc. in prax. par. 1. resol. 65.* at in casu deest legitima præsentatio.

Nec de præsentatione, facta per procuratorem de D. Hyacintho patrono constituente habita fuit vlla ratio, quia
1 cum fuerit facta à procuratore, ab eodem D. Hyacintho ad præsentandum
constituto, & consequenter procuratorio nomine, censetur ab eodem patrono
constituente facta cuius nomine geritur
cap. eum qui de sent. excom. in 6. l. 1. ff. de
2 *vi, & vi arm.* vnde huiusmodi præsentatio non sustinetur, vt tenuit *Rota in*
Salamantina capellania 14. Octobris 1652.
apud *Verall. decis. 397. par. 2.* quem refert
Vinian. in prax. iurispatr. par. 2. lib. 6. cap.
9. n. 17. & seqq. Campanil. in divers. Iur.
Can. lib. 21. cap. 13. n. 399. Barb. de offic. &
3 *potest. Episc. alleg. 72. n. 87.* imò neque
huiusmodi procurator posset seipsum
nomine patroni præsentare *Gonzal. ad*
4 *reg. 8. Canc. gl. 2. n. 57.* & eadem ratione
neque procurator substitutus posset patronum, siue procuratorem substituentem, neque seipsum præsentare *Barbos.*
vbi sup. nu. 83. & seq. Vinian. loc. cit. 21.
5 quicquid dixerit *Ricc. in prax. fori Eccl.*
decis. 197. n. 216. in prima edit. & resol.
190. n. 4. par. 1. in postrema Veneta edit.
& Rota decis. 138. apud *Capntaquen.* in
6 qua nihil ad rem habetur. Nemo enim
potest præsentare seipsum *cap. cum ad nostram extr. de constit. Rota decis. 29. n. 20.*
par. 7. recent. & decis. 430. n. 38. par. 9. tom.
2. recent. exter. de re benefic. lib. 2. q. 38. n.
7 *22. Ricc. d. resol. 190.* Potest nihilominus
patronus rogare Ordinarium, vt sibi beneficium conferret *Lambert. de Iurepatr.*
par. 1. lib. 2. q. 8. art. 3. Sanchez cons. moral.
lib. 2. cap. 3. dub. 74. n. 5. Rota in d. decis.
8 *430. n. 29. par. 9. tom. 2. recent.* Non tamen
tenetur Episcopus patrono supplicanti gratificari, licèt possit, si velit, *Sanch. ibid.* Censui tamen gratitudinis ergò d. D. Hyacinthum solari, habito respectu ad pietatem qua motus fuit ad hoc beneficium fundandum, eique beneficium huiusmodi conferendum firmaui.

Et itá fuit seruatum.

ARGVMENTVM.

Institutio quibus concurrentibus deneganda non sit, & quomodo iustificentur? Episcopus quãdo, & quibus ex causis possit pensiones reseruare.

SVMMARIVM.

1 *EXistẽtia Iurispatronatus iustificatur per Instrumentũ fundationis, & dotationis, qua nulla maior probatio.*
2 *Iuspatronatus concludenter probatur ex continuatis præsentationibus effectum sortitis.*
3 *Vacatio probatur per affixionem edicti.*
4 *Vacatio probatur per testes.*
5 *Vacatio dicitur concludenter probata, si vterque litigans venit ex eadem vacatione.*
6 *Clericatus probatur per testes de communi existimatione, & fama.*
7 *Laicus patronus præsentare tenetur, si velit, infra quatuor menses post vacationem.*
8 *Pertinentia Iurispatronatus probatur ex quasi possessione præsentandi.*
9 *Quasi possessio præsentandi probat descendentiam ab authore.*
10 *Descendentia probatur per testes.*
11 *Præsentationes probant quasi possessionem, & successiue pertinentiam Iurispatronatus.*
12 *Quasi possessio præsentandi ex vnica præsentatione effectuata acquiritur.*
13 *Litteræ institutoriales probant institutiones sequutas ad præsentationem.*
14 *Pertinentia Iurispatronatus per leniores probationes iustificatur, cum de existentia non dubitatur.*
15 *Vltimus actus attẽditur in beneficialibus.*
16 *Præsentatus ab existenti in quasi possessione præsentandi præfertur præsentato à proprietario, non existenti in quasi possessione.*
17 *Vltimus status attenditur, quando de contrario anteriori non constat.*
18 *Status vltimus tunc non attenditur, quando de contrario anteriori constat per Instrumentum, siuè per rem Iudicatam, vel per partis confessionem.*
19 *Vicarius generalis Episcopi ex mandato generali non potest reseruare pensiones.*

20 *Epis-*

20 *Episcopus potest ex iusta causa reseruare pensiones.*

21 *Episcopus ex quibus causis possit reseruare pensiones.*

22 *Pensio per Episcopum reseruata afficit solum beneficiatum, non beneficium.*

23 *Episcopus in reseruatione pensionis non potest eam taxare in quota bonorum, vel fructuum.*

24 *Sed in certa quantitate pecuniæ vini, frumenti, vel alterius rei.*

25 *Episcopus non potest sine iusta causa pensiones reseruare.*

26 *Potestas reseruandi pensiones non censetur sublata Episcopis per non vsum, vel per contrarium vsum.*

27 *Patroni consensus nō requiritur in reseruatione pensionis per Episcopū facta.*

PLACITVM. II.

PEr obitum D. N. Grampini Sacerdotis
de Guaniano Brundusinæ Diæcesis
vacabat simplex quoddam beneficium
Ecclesiæ, sub inuocatione S. MARIÆ de
Rosario extra mœnia d. loci de Iure pa-
tronatus laicorum, & cum fuisset ad il-
lud præsentatus D. Hieronymus Verar-
do à Petro, & Lupo Antonio Grampini,
Iuspatronatus ad huiusmodi beneficiū
prætendentibus ex vna, & Cler Donatus
de Attis à NN Grampini, prætendenti-
bus pariter Iuspatronatus, dubitabatur,
cui esset beneficium huiusmodi adiudi-
candum, & fuit ad fauorem d. D. Hiero-
nymi resolutum.
1 Nam de existentia Iurispatronatus
huiusmodi beneficij plenè iustificabatur
ex instrumento fundationis, & dotatio-
nis, qua nulla validior dari potest pro-
batio *S. R. Romana decis. 232. n. 4. par. 5.*
2 *recent.* & concludenter Iuspatronatus
remanet probatum ex continuatis præ-
sentationibus effectum sortitis, dum
vnus succedit alteri, siuè per obitum,
siuè per resignationem *Oldrad. cons. 229.*
passim in Rota commendato, & appro-
bato, præsertim denique in *Oritana Be-
neficij 2. Decembris 1643. coram Royas,
quæ est decis. 233. n. 2 par 9. tom. 1. recent.
& decis. 164. n. 3. & decis. 213. n. . . . ead.*
3 *par. 9. tom. 1. recent.* Vacatio autem con-
cludenter probatur, tum ex litteris edic-
talibus ad mentem *textus in cap. fin. de
elect. in 6.* expeditis, & ritè exequutioni
demandatis *Rot. in Oriten. Parochialis
27. Iunij 1645. coram Merlino, & in d.*
4 *Oritana Beneficij nu. 2.* tum ex plurium
testium depositionibus, pro vtraque
parte productorū, tùm etiam ex vtrius-
5 que collitigantis confessione; & satis
euidenter probata censetur vacatio ex
eo, quòd tàm d. D. Hieronymus, quàm
Cler. Donatus veniunt ex eadem vaca-
tione per obitum Cler. Donati Gram-
pini vltimi beneficiati *Rota decis. 19. n. 2.
& d. decis 233. n. 4. par. 9. tom. 1. recent.* in
qua aliæ decisiones allegantur.
6 De Clericatu verò d. D. Hieronymi li-
quet ex testium depositionibus, depo-
nentibus de communi existimatione,
ac de publica voce, & fama *Rota decis.
544. n. 1. par. 4. decis. 126. n. 2. decis. 61. n.
7. par. 5. recent. allegatis in d. dec. 233 n. 1.*
7 Constabat pariter præsentationes
fuisse factas infra legitima tempora,
nempè quatuor mensium, Laicis patro-
nis præfinita ad præsentandum *iuxta
textum in cap. quoniam, & cap. cum prop-
ter extr. de Iur. pat. & cap. vnico §. verum
eod. tit. in 6.* quia beneficium huiusmodi
vacauit de mense Octobris anni præte-
riti, & præsentationes subsequutæ fue-
runt de mense Nouembris eiusdem an-
ni, atque adeo infra tempus Canonicū.
8 De pertinentia demum Iurispatronatus
approbat satis concludenter ex quasi
possessione præsentandi, in qua dicti
Petrus, & Lupusantonius Grampini, pre-
sentantes ipsum D. Hieronymum, repe-
riuntur *Rota d. decis. 213. n. 1. par 9. tom.
1. recent. & decis. 416. n. 1. ead par 9. tom. 2.*
9 *recent.* ex qua quidem quasi possessione
præsumitur descendentia ex authore
Rota d. decis. 213. n. 2. & decis. 233. n. 4. cit.
10 præterquamquod per testes, ritè exa-
minatos, descendentia dictorū Petri, &
Lupiantonij probatur abundanter, quo-
rum testium depositionem sufficere ad
hunc effectum, tradit *Ricc. de Iur. patr.*
11 *resol. 213. in fine.* Hæc autem quasi pos-
sessio iustificabatur ex pluribus præsen-
tationibus, effectum sortitis successiuis,
& continuatis, incipientibus à prima
vacatione post obitum D. Aunibalis
Grampini à fundatore nominati; præ-
sentationes enim benè probant perti-
nentiam Iurispatronatus *Rota decis.*
12 *416. n. 2. par. 9. tom. 2. recent. cit.* quando
vnica præsentatio, effectum institutionis
sortita, sufficeret *Rota decis. 762. nu. 3. &
decis. 332. decis. 285. n. 2. & decis. 53. n. 1.
par. 5. recent. allegatis in d. decis. 233. par.*
13 *9. tom. 1. recent.* Præsentationes autem

B 2 esse-

effectuatę liquent ex litteris institutoria libus,& sententijs,quę dantur,ex quibus sufficienter probantur institutiones, ad præsentationes subsequ utæ;quia cum de existentia Iurispatronatus non du-
14 bitatur, leuiores probationes sufficere, firmauit *Rota decis.70.n.1. & seqq.par.8. recent.* & aliàs latius deductum,& firmatum est in Gallipolitana Iurispatronatus coram me,in Metropolitana Hydrunti-
15 na 17. Octobris 1664. Ex quibus quidem sententijs, effectum sortitis,colligitur vltimus beneficij status,quem attendendum esse in beneficialibus firmauit millies *Rota præcipuè in d. decis.416.n.8.*
16 *& seq.* adeo vt præsentatus ab existenti in quasi possessione præferatur præsentato à proprietario, non existenti in quasi possessione *Rota decis. 167.n. 7.par. 2. recent.* ex præsentationibus enim,effectum sortitis,sufficienter iustificatur pertinentia Iurispatronatus,vt supra firmatum est.

17 Nec obstat replicare, vltimum statū tunc esse attendendum, quando de anteriori contrario statu non constat *Rota decis.69.n.20.par. 8.recent. & d. decis.*
18 *416.n. 7. par. 9. tom. 2. recent.* quia ad hoc vt vltimo statui derogetur,& status anterior contrarius attendatur,necesse est, constare de anteriori contrario, vel per instrumentum, vel per rem Iudicatam, vel per partis confessionem, vt firmauit *Rota in d.decis.69.& in terminis in d. decis.* 416. *nu.* 7. & 8. vbi declarat,sic conciliādos esse contrarium sententes, citat etiam *decis.37.par.6.n.8.recent.* vbi datur Intellectus ad *decision.* 337. *par. 2. recent.* At de contrario statu anteriori non apparebat vllo ex modis prædictis, quinimò liquebat,præsentantes ipsum Clericum Donatum nunquam præsentasse,neque eorum authores.Horum autem descendentia, licèt vnus testis deponat de scientia, & alter de auditu, reddebatur turbida, tùm quia nunquā præsentauerunt,tùm etiam quia ex testibus pro D. Hieronymo productis colligitur,hos præsentantes esse de familia Rampini diuersa à familia Grampini testatoris.

Nihilominus, attenta nimia ipsius Clerici Donati egestate,pro bono pacis, & ad effectum dirimendi lites, censui beneficium huiusmodi esse adiudicandum D. Hieronymo cum reseruatione annuæ præstationis annuorum ducatorum octo monetæ Regni per ipsum D. Hieronymum,quousque vixerit,d. Cler.
19 Donato faciendę, at quia reseruare pensiones est de iis, quæ speciale requirunt mandatum *Berous cons. 18. nu. 10. vol. 1. relatus per Iacob. Sbrozz. de offic. Vic. Epis. lib. 2.q.71.n.24.* & vt huiusmodi reseruatio haberet plus firmitatis, fuit sententia cum dicta reseruatione per Illustriss. & Reuerendiss. Dominum
20 Archiediscopum pronunciata. Posse autem Episcopum reseruare pensionem ex iusta, & rationabili causa est textus punctualis *in cap. nisi essent 21. extr. de præbend. & dignit.* latè *Ricc. in prax. po-*
21 *test Epis. par. 3. resol. 268.* qui *n. 3.* causas huiusmodi reseruationis iustas enumerat,scilicèt pro bono pacis, pro alimentis alicuius scholaris pauperis, in vtilitatem Ecclesiæ, pro concordia litis, pro pauperibus,& egenis,pro benemeritis,pro vsu pio,pro renunciationibus ex causa permutationis,pro alimentis, in quantitate moderata, non autem ex pactione partium;plures ad rem DD. allegat latè *Io:Carol.Antonell.tract.de regim. Eccl. Episc. lib.3.cap.11.nu. 1.& deinceps P. Nicolius in notabil.siuè floscul. verb. pensio n.2.*

22 Per hanc tamen reseruationem pensionis non remanet beneficium grauatum, hoc enim à solo Summo Pontifice fieri potest, sed solus ipse D.Hieronymus, & indè consultò additum est in sententia, quòad ipse D. Hieronymus vixerit, vt intelligatur sola ipsius persona affecta grauamine, non beneficium *P. Nicol. ibid. & verb. Episcopus nu. 32. Ricc. ibid. nu.* 5. Vnde fit, vt mortuo D. Hieronymo primo grauato, extinguatur pensio, nec transeat ad successorem *DD. cit. vbi supra.*

Nec vllus potest dari casus, in quo pensio per Episcopum reseruata,transeat ad successorem; sed solum obligat primum prouisum de huiusmodi beneficio, quia,vt iam dictum est, non potest Episcopus onerare beneficium, sicut potest Summus Pontifex,sed tantum personam beneficiarij ad responsionem pensionis, per ipsum in prouisione reseruatę,adigere ex ratione *textus in cap. nisi de præbend. Francisc. Leo in thes. for. Eccl. par. 2. cap. 7. n. 32. Barbos. de potest. Episc. par. 3. alleg. 85. n. 11.* apud *Antonell. loc. cit. in fine* vbi sic in Rota fuisse resolutum, &
23 seruati testatur. Et ex eadem ratione

pro-

procedit, quòd non poteſt Epiſcopus in reſeruatione huiuſmodi penſionis onerare, ne perſonam quidem beneficiarij de quota, nimirum tertia, vel quarta, vel alia parte fructuum, nàm hoc eſſet diuidere, & grauare beneficium ipſum contra Iuris diſpoſitionem *in cap. maioribus de praebend. cap. vnico, & toto tit. Vt*
24 *beneficia Eccl. ſine dimin. confer.* ſed in certa quantitate pecuniae, vt in caſu ſeruatum eſt, frumenti, vini, vel alterius rei *Ricc. ibid. & Antonell. vbi ſup.*

25 Nec obſtat, quòd *per Conſtitutionem Pij V. de confidentia beneficiali* ſublata fuerit Epiſcopis facultas reſeruandi huiuſmodi penſiones; quia ibi ſolum diſponitur, puniendos eſſe Epiſcopos reſeruantes huiuſmodi penſiones abſque iuſta cauſa, non tamen aufert poteſtatem reſeruandi *Garz. de benefic. par. 1. cap. 5. n. 309. & ſeq. Barboſ. de poteſt. Epiſ. par. 3. alleg.* 85. *n.* 12. quidquid dicat *Bonacin. de Simon. diſcept. 1. q. 4. §. 12. n.* 8. quem ſequitur *P. Nicol. in verb. Epiſco-*
26 *pus n.* 32. *verſ. ſed id.* Nec per non vſū, neque contrarium vſum abrogatam cenſeri huiuſmodi Epiſcoporum poteſtatem, cenſent *Garz. & Barboſ. loc. cit.* apud *Antonell. vbi ſup. n. 1. in fine.*

Minus obſtat, hoc beneficium eſſe de Iurepatronatus, ac propterea grauari non poſſe ſine patronorum conſenſu;
27 quia per huiuſcemodi reſeruationem nullum onus imponitur beneficio, ſed beneficiato, & in terminis in reſeruacione penſionis ſuper beneficio Iurispatronatus non requiri patronorum conſenſum, tradit *Ricc. in prax. fori Eccl. par. 1. reſ.* 194. vbi refert ità reſoluiſſe *S. Rotam Romanam decıſ.* 680. *&* 903. in recollectis per *Farinac. Antonell. ibid. n.* 10.

Et ità fuit, &c. deciſum &c.

ARGVMENTVM.

Tranſactio de re Eccleſiae fieri non poteſt ſine iuſta cauſa, & aſſenſu Apoſtolico, ſi magni valoris eſſet, ſiuè ſtabilis, ſiuè etiam mobilis, quae tamen ſeruando ſeruari poſſet, etiam ſi dubia res eſſet.

SVMMARIVM.

1 *IN alienatione rerum Eccleſiae requiritur iuſta cauſa, ſcilicet euidentis vtilitatis, vel neceſſitatis Eccleſiae, & ſolemnitas, ſcilicet aſſenſus Apoſtolicus.*

2 *Iuſta cauſa, & ſolemnitas copulatiuè concurrere debent.*

3 *Alienatio rerum Eccleſiae facta ſine ſolemnitatibus, non ſuſtinetur.*

4 *Tranſactio eſt ſpecies alienationis.*

5 *In tranſactione rerum Eccleſiae copulatiuè requiritur ſolemnitas, & iuſta cauſa.*

6 *Si agatur, vt res penès aduerſarium remaneat apud quem erat.*

7 *Tranſactio de rebus Eccleſiae quando res eſt dubia, fieri poteſt ſine ſolemnitatibus, ſi concurrat Eccleſiae vtilitas, & res penès Eccleſiam remaneat.*

8 *Aſſenſus Epiſcopi requiritur, & ſufficit in tranſactione de re Eccleſiae dubia.*

9 *Verius eſt etiam in tranſactione de re dubia Eccleſiae requiri aſſenſum Apoſtolicum, ſi de ſumma notabili agatur.*

10 *Aſſenſus Epiſcopi ſufficit in alienatione rei Eccleſiae modicae.*

11 *Aſſenſus Apoſtolicus requiritur in remiſſione hypothecae, & actionem ad immobilia.*

12 *Tranſactio, ſi contineat remiſſionem actionis ad mobilem rem Eccleſiae ſeruando ſeruabilem, aſſenſum Apoſtolicum expoſtulat, ſecùs ſi ſeruari non poſſet.*

13 *Aſſenſus Apoſtolicus requiritur in tranſactione rei Eccleſiae, ſi remittatur actio alternatiua ad fundum, vel quantitatem, & electio eſſet Eccleſiae.*

PLACITVM. III.

REquiri omninò aſſenſum Apoſtolicū in tranſactione, quàm R. Capitulum Inſignis Collegiatae Eccleſiae Terrae Meſſapiae huius Brunduſinae Diaecesis inire intendit eum quibuſdam de eadem Terra ſuper nonnullis quantitatibus, ipſi Capitulo ſub annuo cenſu debitis, fuit reſolutum.

1 Certum enim eſt de Iure, in alienatione rerum Eccleſiae requiri, praeter iuſtam cauſam euidentis vtilitatis, vel neceſſitatis Eccleſiae de forma beneplacitum Apoſtolicum *Quarant. verb.* alienatio rerum Eccleſiae *n. 2. Rota dec. ſ. 27. nu.* 17. *par. 9. tom. 1. recent. & deciſ.* 114. *n.* 39. *ead. par. 9. tom. 1. & deciſ.* 329. *n.* 24. *ead. par. 9. tom.* 2. *& deciſ.* 39. *num.* 40. *par. 8. recent.*
2 vbi etiam firmatur copulatiuè requiri iuſtam cauſam, & ſolemnitatem ſcilicet beneplacitum Apoſtolicum, nec vnum ſine altero ſufficere, *& deciſ.* 73. *nn.* 6. *par.* 8.

3 *par. 8. recent.* & alie natio, facta sine solemnitatibus, non sustinetur de rebus Ecclesiæ *Rota decis.* 155.*n.2 par.8. & de-*
4 *cis.229.n. 4. ead. par. 8. recent* Et cum transactio de rebus Ecclesiæ species sit alienationis prohibita *Rota decis. 229.*
5 *n.5.* procul omni dubio est, in ea requiri copulatiuè iustam causam & solemnitatem beneplaciti Apostolici *Rota ibid. n.*
6 5. Etiam si res sit pœnes aduersarium, & in transactione agatur, vt penès illum remaneat *Capntaq. decis. 106. par. 1.* & alij apud *Ricc. in prax. for. Eccl. tit. de alienat. rer. Eccles. resol.43.n.2. vers.amplia.*
7 Nec obstat rem esse dubiam, de qua partes transigere intendunt, ac propterea stante dubio, si res surgat in euidentem Ecclesiæ vtilitatem, non requiri solemnitates, quia DD. opinio, id asserentium, procedit, quando præter dubium, & euidentem Ecclesiæ vtilitatem res pe-
8 nès ipsam Ecclesiam remaneret, & in hoc casu iusta eorundem opinionem requiritur assensus Episcopi, qui cognito de euidenti Ecclesiæ vtilitate, assensum præstaret, *cap. statuimus de transact.* non autem applicatur eorum doctrina, quando Ecclesia per transactionem relaxaret rei possessionem, in qua existeret *Quarant.d.verb.alienatio n.43. vers. duodecimo limita Ricc.collect.decis.3054.par. 7.& in prax.for.Eccl.par.1.resol.43.* alijque apud *Barbos. de offic. & potest Episc. par.3. alleg.95.n.63.*
9 Verior tamen sententia existimat, adhuc in re dubia beneplacitum Apostolicum requiri, si summa esset notabilis; nec dubietas sufficiens est ad excludendum beneplacitum Apostolicum; sed solum operatur, quòd possit transactio fieri; quia si res esset clara, & non dubia
10 transactio de ea fieri non posset. Si verò ageretur de re modica, sufficeret assensus Episcopi ad *text. in cap. terrulas 12.q.2.* patet totum hoc ex *text. in cap. veniens de transact.* & ità practicari inquit *Quarant loc.cit.*
Minus obstat, in huiusmodi transactione non agi de relaxatione rei, per Ecclesiam facienda, sed de remissione Iurium, & actionum pro consequutione creditorum, litibus fortasse implicito-
11 rum, quia cum in huiusmodi transactione remittantur Iura hypothecæ, & actiones ad inmobilia, necessarium est beneplacitum Apostolicum *Ricc.in prax. for.Eccl.par.3.resol.163.Barbos. de potest. Episc.d. alleg. 95. nu. 46.* apud quem alij *Antonell.de regim. Eccl.Episcop.lib.1.cap. 8.n.10. Rota d.decis.229.n.6.par.8.recent.*
12 Idem esset seruandum, si in transactione remitteretur actio ad rem mobilem, quæ seruando seruari posset, licèt secus esset dicendum, si seruando seruari non
13 posset *Antonell.vbi sup.n. 11.* Sic etiam si actio alternatiuè ad fundum, vel quantitatem competeret, & electio esset Ecclesiæ, quia hæc non posset sine assensu Apostolico quantitatem eligere, & actionem ad fundum mittere, non ità si electio esset debitoris *Antonell. ibid. nu.13. Ricc.d.resol.163.*
Et ità fuit resolutum &c.

ARGVMENTVM.

Bona patrimonialia, ad quorum titulum quis est promotus, sunt inalienabilia, quemadmodũ Ecclesiastica, quibus quòad omnia exequantur; & quæ in eorum alienatione requirantur.

SVMMARIVM.

1 *Assensus Episcopi requiritur in alienatione bonorum patrimonialium Sacerdotum.*
2 *Bona patrimonialia sine assensu Episcopi alienari non possunt.*
3 *Etiam si Sacerdos beneficium Ecclesiasticum possideat sufficiens ad congruam sustentationem, vel habeat, vnde se alat.*
4 *In alienatione patrimonij duo copulatiuè requiruntur, scilicèt vt alia res subrogetur, & assensus Episcopi.*
5 *In alienatione rerum Ecclesiæ copulatiuè requiruntur vtilitas, & solemnitas.*
6 *Beneplacitum Apostolicum est solemnitas requisita in alienatione.*
7 *Alienatio rerum Ecclesiæ sine beneplacito Apostolico est nulla.*
8 *Alienatio bonorum patrimonialium sine assensu Episcopi est inualida.*
9 *Verbum nullatenus actum, nullitatem inducit ipso Iure.*
10 *Actus gestus contra legem irritantem est ipso Iure nullus.*
11 *Etiam ante declarationem, & nulla data scientia legis irritantis.*

12 Ver-

12 *Verbum, nullatenus, tollit potentiam alienandi.*

13 *Non præstat impedimentum, quòd de Iure non sortitur effectum.*

14 *Pactum de restituendo bona patrimonialia ante promotionem factum, etiam sub Iuramento sequuta promotione, non substinetur.*

15 *Bona Ecclesiastica, & patrimonialia vincente promoto quòad omnia exæquata sunt.*

16 *Sacerdos, malè suum patrimonium alienans, non incidit in suspensionem* can. Neminem 70. dist.

17 *Patrimonium, nulliter alienatum, restituendum est vna cum fructibus, à die alienationis perceptis.*

18 *Contrahens sine solemnitatibus dicitur esse in mala fide, & tenetur ad omnes fructus.*

19 *Rector Ecclesiæ, & Sacerdos, malè rem Ecclesiæ, siuè suum patrimonium respectiuè alienans, potest ipse rem eandem, sic nulliter alienatã, & fructus repetere.*

20 *Non obstante Iuramento, in alienatione huiusmodi apposito.*

21 *Alienans rem Ecclesiæ nulliter, potest manutentionem in illius possessione petere nomine Ecclesiæ.*

22 *Etiam si alienãs habuerit se pro spoliato.*

23 *Possessio vero ex actu nullo transfertur sequuta traditione.*

24 *Non sic in Ecclesia.*

25 *Ecclesia non manutenetur, quando facto suo valido cecidit à possessione.*

26 *Emphytheusis est species alienationis prohibitæ in Extrauag. Ambitiosæ.*

PLACITVM. IV.

D. Marcus Antonius Igniri de Ciuitate Brundusij de anno 166. . . . . concesserat Saluatori Marzolla quandam apothecam in platea Ciuitatis prędictę sitam, sub annuo Canone ducatorum decem, ad cuius apothecæ, & aliorum bonorum patrimonialium titulum ipse D. Marcus Antonius fuerat promotus, qui, renuente Saluatore emphytheuta correspondere, instituit coram Iudice laico pro obseruantia contractus, & pẽdente adhuc Iudicio, petijt coram me pro rescissione contractus concessionis prædictæ, & manuteneri, seù quatenus opus, reintegrari in possessionem iam dictę apothecæ, sic, vt iam dicitur, nulliter sine assẽsu Ordinarij in Emphytheusim concessæ, & cum exciperet Saluator de pendentia litis coram Iudice laico, disputato articulo, & resoluto, exceptionem litis pendentiæ non obstare, ac propterea procedendum esse ad vlteriora in causa in eadem Archiepiscopali Curia; demum seruatis seruandis, fuit resolutum, præfatum D. Marcum Antonium manutenendum esse, & quatenus opus reintegrandum in possessionem d. apothecæ.

1 Constabat enim euidenter, concessio-
nem prædictam in emphytheusim, de di-
cta apotheca gestam, fuisse per D. Mar-
cum Antonium sine beneplacito Ordi-
narij, & cum ex assignatione in titulum
patrimonij, & promotione ad Sacros
ordines subsequuta, effecta sit patrimo-
nialis, reddebatur consequenter citra
huiusmodi assensum inalienabilis, ac
propterea concessio prædicta irrita, &
inanis.

Quòd autem in alienatione bonorũ
patrimonialiũ requiratur assensus Epis-
2 copi, adeo est in Iure verum, vt citra ip-
sum nullatenus fieri posse alienationem
huiusmodi, statuerit *S. Concilium Tri-*
3 *dentinum sess. 21. cap. 2 de reform.* etiam
si alienans tempore alienationis Eccle-
siasticum beneficium sufficiens pacificè
possideret, vel aliundè ad victum neces-
saria suppeterent *Quintanad. lib 3. n. 72.*
Cened. pract. canon. qq. lib. 1. q. 11. num. 9.
Vgolin. de potest. Episc. cap. 16. §. 13. nu. 4.
apud *Barbos. de offic. & potest. Episc. alleg.*
19. n. 90. vbi post allatam opinionem
eorum, qui putant posse bona patrimo-
nialia alienari sine licentia Episcopi, si
beneficium Ecclesiasticum, vel vnde se
alat sufficienter, promotus habeat, sub-
dit, oppositam sententiam esse veriorẽ,
& solidioribus fundamentis niti, ità in-
distinctè tenet *Campan. in diuers. Iur.*
Can. rub. 8. cap. vlt. n. 9 vers. & obuiam, qui
pro declaratione verborum S. Concilij
4 loco citato dicit, in alienatione patri-
monij duo necessariò requiri, etiam ad
mentem S. Concilij, primum, vt alia res
æquiualens subrogetur; secundum, vt
intercedat assensus Episcopi, & vtrum-
que copulatiuè *Antonell. de regim. Eccl.*
Episc. lib. 2. cap. 2. n. 38.

Hinc fit, vt concessio, in casu, de quo
agitur, propter defectum assensus Epis-
5 copi nulla sit, & inualida. Nam que-
madmodum in alienatione bonorum
Ecclesię necessariò beneplacitum Apo-

sto-

lib. 1. cap. 4. §. 9. n. 22. Rota decis. 78. par. 6. recent. n. 2.

21 Quartò vt possit d. apothecæ sic alienatæ manutentionem petere, & sit manutenendus in illiusmet possessione, cum ex ea nunquam ceciderit, vt in Prælato malè alienante, quòd possit agere nomine Ecclesię interdicto retinendæ tenuit *Rota* apud *Cassador. decis. 7. n. 13. de caus. possess. & propriet. Seraph. decis. 1417. n. 1. Annot. ad Greg. XV. decis. 116. n. 5. decis. 139. n. 25. par. 6. recent. & decis. 258. n. 17. ead. par. 6.*

22 Et procedit supradicta conclusio, etiã si Prælatus, sic nulliter contrahens, habuerit se pro spoliato; nam cum ex actu nullo inutili, & inualido per Prælatum gesto, possessio in alienatarium non trãsferatur *Bart. in l. 1. §. si vir uxori ff. de acquir. poss. nu. 3. Verall. decis. 182. nu. 9. par. 3.* poterit petere manutentionem *Verall. b. d. Seraph. d. decis. 1417. n. 3.* & pluriés resolutum in *S. Rota Romana* refert *Annotatio ad Greg. XV. san. mem. d. decis. 116. Rota decis. 78. n. 3. par. 6. recent. & n. 25. & decis. 215. n. 17. ead. par. 6. recent.*

23 Et licèt ex actu nullo possessio transferatur, si traditio sequuta sit *Put. decis.*
24 *276. n. 5. lib. 3.* Hoc tamen est speciale in Ecclesia, vt ex actu nullo, per Prælatum, & Rectorem gesto, non dicatur priuata suo Iure, & possessione; sed semper posset manutentionem petere, illique esset dandum mandatum de manutenendo, vt resoluit *Rota* apud *Ludouis. d. decis. 116. n. 1. & decis. 473. n. 2. par. 2. & decis. 291. n. 5. & seqq. par. 6. recent.*

25 Neque officit id, quòd ex *decis. 94. n. 1. & 2. par. 7. recent.* posset adduci, quòd Ecclesia amittat iam dicta priuilegia, quando cecidit à possessione facto suo, sibi namque imputare debet damnum, quòd culpa sua sensit *Caputaq. decis. 172. par. 2. & decis. 131. n. 1. & decis. 132. n. 1. par. 1. diuers. & decis. 473. nu. 2. par. 2. recent.* allegatis *in d. decis. 94. par. 7. recent.*

26 Etenim conclusio iam dicta procedit, quotiès factum illud esset iustum, & cõtractus validus; non autem si actus sit nullus, & irritus; hoc enim casu Ecclesia nunquam caderet à sua possessione, sed in ea perseuerat, & manutenenda est; quandoquidem Ecclesia, minor, & promotus in casu nostro, quibus est interdicta alienatio, ex actu nullo & inualido non cadunt à sua possessione, nec illam in alienatarium transferunt, sed semper penès se conseruant, quapropter nedum peti potest reintegratio ad rem alienatam, vel ex condictione legis, vel *ex Canon. reintegrandæ*, vel officio Iudicis, vt magistraliter docet *Bart. in d. l. 1. §. si vir uxori nu. 3. ff. de acquir. possess.* verum etiam, & interdictum retinendæ, & manutentio ratione possessionis, apud eos semper permanentis, vt resoluit *Rota d. decis. 94. n. 6. & seqq. par. 7. recent. sub ijsdem penè verbis.*

27 Concessionem verò huiusmodi in emphytheusim esse verè, & strictè alienationis speciem, expresse à Iure, & nominatim prohibitam, est textus in Extrauag. *Pauli 2. incip. Ambitiosę de rebus Ecclesię alien. vel non* ibi 1 *vel contractum emphytheuticum Quarant. d. verb. alienatio rerum Ecclesiæ n. 16.*

Et ità fuit vtraque parte &c.

ARGVMENTVM.

Sententia, quæ non iustificatur ex actis, est notoriè iniusta, & nulla. Factum reuersionis dotis, in contractu dotali appositum, liberis nõ existentibus, quando sustineatur? & an transeat ad hæredes stipulatoris, si decederet?

SVMMARIVM.

1 *SEntentia notoriè iniusta est nulla.*
2 *Sententia, quæ non iustificatur ex actis, est notoriè iniusta.*
3 *Sententia, contra formam pacti reuersionis dotis lata, est euidenter iniusta.*
4 *Pactum reuersionis dotis, appositum per extraneum dotantem, sustinetur.*
5 *Extraneus non tenetur dotare.*
6 *Donans potest in sua donatione pacta sibi benè visa apponere.*
7 *Extraneus in materia dotis quis dicatur.*
8 *Dos, data per fratrem, censetur data de patrimonio patris, quando dos non excedit vires patrimonij.*
9 *Frater, dotans sororem vltra vires paterni patrimonij, censetur dotare de proprio.*
10 *Pactum reuersionis dotis, appositum per fratres dotantes, consentiente sorore, etiam si dos non sit de eorum patrimonio,*

sed patris, vel matris, sustinetur.

11 Decisio 196 De Franchis animaduersa per Fontanellam.

12 Decisiones S R. Concilij apud Franchis 196.& 491.conciliantur.

13 *Sententia iniusta non transit in Iudicatum.*

14 *Pactum reuersionis dotis prodest nedum stipulanti, sed etiam hæredibus, etiam si pro eis stipulatio concepta non sit.*

15 *Huiusmodi pactum fideicommissum continet.*

16 *Fideicommissum in contractu fieri potest.*

17 *Fideicommissariæ substitutiones fieri possent in capitulis matrimonialibus.*

18 *Fideicommissum, per vltimam voluntatem dispositum, per prædecessum fideicommissarij euanescit.*

19 *Non ità si factum sit in contractu.*

20 *Spes considerabilis est in contractibus, non autem in vltimis voluntatibus.*

21 *Legatarius, prndente condictianr, non est creditor, sed ea purificata.*

22 *Condictio, in contractu apposita, non impedit ortum obligationis, sicut in vltima voluntate, sed eius implementum differt.*

23 *Obligatio in diem in quo differat, vel conueniat cum obligatione conditionali.*

24 *Actio ad repetendam dotem soluto matrimonio sine liberis transit ad hæredes, etiam prædefuncto stipulataria ante cõmissam stipulationem.*

25 Textus in l.quòd de pariter ff.de reb. dub. concordia cum text.in §.ex conditionali Instit.de verb.oblig.

PLACITTM V.

DOtauere fratres Vesantiam Mello sororem pacto adiecto in instrumento dotali, de reuersione dotis ad ipsos dotantes, si contigerit Vesantiam sine liberis decessuram, vel superstitibus liberis, eisque in pupillari, vel quandocunq; ab intestato decedentibus; & viduata, nullis habitis liberis, donauit Vesantia sua bona Clerico N. in minoribus ordinibus tunc constituto, postmodum ad Sacerdotium promoto; hic eadem bona donauit Lauræ Granili, hæc autem Ioanni Tasuto Clerico pariter donauit. Defuncta Vesantia sine liberis, petunt Iacobus, & Antonius Mello fratres, eiusdem Vesantię ex fratre nepotes, vigore pacti prædicti reuersionis, bona prædicta dotalia per d. Ioannem possessa, & re in compromissum deducta, & pronunciato laudo per Archipresbyteros Liberani, & Salicis, arbitros ad fauorem fratrum de Mello, ab eo ad hanc Archiepiscopalem Audientiam Brundusinam habuit Ioannes recursum, & obtinuit laudum prædictum mitigari; demum fratres prædicti, non acquiescentes sententiæ prædictæ, dederunt de nullitate eiusdem sententiæ ex capite notoriæ iniustitiæ in hac eadem Audientia coram me, & fuit resolutum nullitates militare; ac proprerea sententiam prædictam infirmandam esse, & laudum prædictum confirmandum, & laudandum.

1 Sententia namque notoriè iniusta est
nulla *Petr. Ridolf. in prax. Iudic. par. 1 cap.
13. nu.* 294. adeo vt dispositum de sententia nulla, censeatur etiam dispositum
de sententia notoriè iniusta *Rota decis.
32. n.* 2. apud *Mantic. Seraph. decis. 493.
n. 2. & decis. 178 n. 1. par. 2. recent. Coccin.
decis. 78. n. 4 & decis. 330. nu. 4.* apud *Ri-*
2 *dolfin. loc. cit. n.* 295. Notorietas autem
iniustitiæ erat euidens; quia sententia
huiusmodi non iustificabatur ex actis,
ad quæ referebatur *Affl. decis. 28. nu. 8.*
quem sequitur *Rota* apud *Buratt. decis.
251. n. 13.* apud *Ridolfin. ibi n. 294. Rota
decis. 67. n 13. par. 8. recent.* ac propterea
reuocanda *Rota ibid. n. 14. & 20. & decis. 286. n. 18. par. 9. tom. 2. recent.*

De iniustitia item liquet euidenter;
quia sententia fuit lata contra pactum
in Instrumento dotali appositum, & inter partes solemni stipulatione confirmatum, de reuersione dotis in casu de-
3 cessus dotatæ sine liberis, quòd pactum
seruandum esse, adeo vt Iudex contra
formam illius sententiam ferre non possit, & lata sententia esset euidenter iniusta, resoluit *Rota Rom. decis. 381. num. 2.
par. 2. recent.*

4 Et quicquid sit de validitate huius
pacti, quando per patrem dotantem apponeretur, si opponatur per extraneum
dotantem, sustineri in confesso est apud
5 omnes; quia cum extraneus non tenetur
dotare *l. fin. C. de dot. promiss. l. vnica §.
vtramque C. de rei uxor. act.* censetur do-
6 nare, & donans in donatione potest
quæcunque pacta, sibi benè visa, apponere *l. quotiès C. de donat. quæ sub mod. Fontanell. de pact. nupt. claus. 5. glos. 10. par. 1.
n. 3. & 4.* præsertim si in continenti apponantur, & in ipso actu, prout in casu,
pactum reuersionis apparet *Grat. discept.
for. cap. 308. num. 13. & seq;* & alij apud

Fon-

7 *Fontanell. vbi sup.. n 5. & 6.* Extraneus
autem in materia dotationis dicitur,
quicunque non est ascendens per lineã
masculinam rectam, & dotatam non
habet in sua potestate, vt est mater,& in
casu,frater,patruus,auunculus,& omnis,
qui non est pater, vel auus, vel alius vl-
terior ascendens *d.l.vnica §. accedit C.de
rei vx.act.d.l.fin.C. de dot. promiss.* plures
apud *Grat.d.cap.308.n.5.* quem sequitur
*Fontanella de pact. nupt. claus.5. glos.10.
par.1.n.7.& 8.*

Neque obstat, si dicatur,datam fuisse
Vesantiæ dotem prædictam per fratres,
& præsumi datam de bonis paternis, in
8 patrimonio patris sistentibus; quia hoc
procederet,quando dos data per fratres
non excederet vires patrimonij paterni,
& in casu,constat ex testium depositio-
ne,dotem prædictam absorbuisse totum
patrimonium paternum, & vlteriùs fra-
tres addidisse alia bona propria,ac prop-
terea, cum euidenter appareret de ex-
9 cessu, censentur fratres dotasse de pro-
pria substantia, vt in terminis docet
Capyc.Latr.decis.38.n.8.

10 Præterea quando adhuc dos data es-
set Vesantiæ de bonis patrimonij pater-
ni, siuè materni. & non de proprio ipso-
rum fratrum, quia pactum prædictum
reuersionis fuit appositum præsente, &
expresśè consentiente, nedum non con-
tradicente Vesantia, sustinetur;etiam si
bona fuissent aliàs libera ipsi sorori re-
licta *Fontanell.de pact. nupt. loc. cit.n.12.*
11 in terminis, qui *n. sequenti* monet,non
esse audiendum *Præsidem de Franch. de-
cis. 196.* quem sequitur *Menoc. de præ-
sumpt.lib.3.præsum pt.10.n. 24.* Nam vl-
tra generalitatem textus *in l. vnica §.
accedit C. de rei vx. act. vbi Cen.* & alij
apud *Bart. cons. 50.n. 1.* ex quibus pro-
batur sustineri pactum per dotantes ad-
iectum in constitutione dotis, sibi vide-
licèt reddi dotem soluto matrimonio
sine liberis, citat textum, quem dicit
punctualem, & expressum ad materiam,
in l. cum maritus §.fin. ff. de pact. dotalib.
vbi frater cum sorore stipulatus fuit,do-
tem ipsius sibi reddi,si ipsa in matrimo-
nio decesserit sine liberis,& licèt mulier,
moriens, quasdam res marito legauerit,
decidit textus,maritum teneri reddere
res fratri *Caeber.decis.pedem. 20. num.5.
vers.contraria Surd. cons. 113.n.5.* & sub-
dit rationem, nam si posset mulier de re
sua pro libito disponere, cum sit rerum
suarum moderatrix, & arbitra *arg.l.in
re mandata C. mandati* cum pluribus per
ipsum allegatis, nihil prohibet, quin eo
modo de sua dote paciscatur ad *text. in
l.1. §. illud C. de rei vxor. act.* Conciliat
demum,quæ in contrarium per DD. ad-
ducuntur, vt intelligantur procedere,
sorore contradicente,non autem si con-
sensus accedat,quo casu omnes vno ore
fateri asseuerant.

12 Insuper non est facienda vis in *d. de-
cis. 196. Franch.* quia ab ea recessit S.
Concilium apud *eund. de Franch. de-
cis. 491.* in simili casu, in qua decisione
frater dotauerat sororem, simili pacto
adiecto, decedente muliere,relictis libe-
ris,eisque in pupillari decedentibus, &
prætendebat vir, & pater respectiue suc-
cedere:fuit decisum, illi obstare pactum
prædictum; conatur nihilominus inter-
prætari *d.decis. 196.* ne videatur S. Con-
silium recessisse à decisis, vt illa proce-
dat, quia ibi mulier decessit testata in
hac vero 491.*decis.* intestata; prout in
casu nostro, in quo non apparet Vesan-
tiam decessisse testatam.

Minus obstat,quòd sententia,per ean-
dem Curiam Archiepiscopalem Iara, fe-
cisset transitum in rem Iudicatam, ac
propterea omninò seruanda; & exequu-
13 tioni demandanda esse, quia cum sit
iniusta,non transit in Iudicatum *Seraph.
decis.1123.n.6. Caualer. decis. 610. nu.7.*
cum alijs allegatis per *Annot. ad Greg.
XV.decis.1.n. 6. Rota in Montis alti bene-
ficij 28.Iunij 1645.coram Bichio,quæ est
decis.366.n.37.par.9.tom.2. recent. & de-
cis.438.n.1.ead.par.9.tom.2.*

Neque refragatur, stipulationem in
casu reuersionis dotis fuisse conceptam
ad beneficium fratrum dotantium tan-
tum, nulla facta mentione hæredum, at-
que adeò non extendi ad fauorem fra-
trum de Mello, qui vt hæredes dotan-
tium petunt admitti ad bona prædicta;
14 quia licet in huiusmodi stipulatione
reuersionis dotis nulla sit habita ratio
expressa de hæredibus dotantium, ipsis
tamen prodest etiam non expressis; sti-
pulatio namque concepta pro dotanti-
bus, extenditur etiam ad eorum hære-
des,etiam si pro eis non fuerit stipulatio
formata, in terminis pacti huiusmodi
*Fontanell. de pact. nupt. claus. 4. glos.54.
n.38.* vbi sic fuisse decisum refert.

15 Et ratio est, quia per huiusmodi pa-
ctum reuersionis dotis censetur consti-

tutum fideicommiſſum in contractu,
vnde ſpes conditionis verificandæ tran-
ſit ad hæredes,vt latè tradit Capyc.Latr.
16 deciſion.2. per totam. Poſſe autem fidei-
commiſſum in contractu fieri, commu-
niter receptum eſſe per text.in l. vt hære-
dibus ff. de leg. 2. l. tale pactum §. fin ff.de
pactis l.quoties.& l.3.C.de donat. quæ ſub
modo l.qui Romę §. Flauius vbi DD.ff. de
verb.oblig. Peregr.de fideicom. art.51.n.2.
Fuſar. de fideicomm. q. 14.n.8. Fontanell.
de pact.nupt. clauſ. 4. gloſ.9.par.3.nu.34.
penès Capyc. Latr. d.deciſ.2.à n.2. & de-
17 inceps, & in terminis, in contractu do-
tis in capitulis matrimonialibus poſſe
huiuſmodi ſubſtitutionem fideicommiſ-
ſariam fieri,tradit Fontanell.d. clauſul.4.
gloſ.25. n. 1.tranſmiſſibilem ad hæredes,
non ſecus ac alias conditionales pa-
ctiones ex diſpoſitione textus in §. ex
conditionali inſtit. de verb. oblig. l. ſi quis
Titius ff. eod. Fontanell.loc.cit.

Neque dicatur, fideicommiſſum hu-
iuſmodi,quando adhuc ſuſtineretur, per
prædeceſſum ſuſtituti euanuiſſe, & ca-
ducatum fuiſſe, ac propterea non tranſ-
18 mitti ad fratres de Mello; quia licèt
vera ſit propoſitio in fideicommiſſo,fa-
cto per vltimam voluntatem, vt morte
ſubſtituti caducetur per text. in l. vnica
§.ſin autem aliquid C. de caduc. tollend.
gloſ.in l.1.C.de his qui ante apert. tabul.l.
hæredes mei §. cum ite vbi ſcribentes ff. ad
19 Sen.Conſ. Trebell. non tamen procedit
in fideicommiſſo, facto in contractu,
quòd ſecundum veriorem, & receptio-
rem ſententiam maiori Doctorum cal-
culo comprobatam, atque rerum Iudi-
catarum numero firmatam, non cadu-
catur, neque euaneſcit, ſed ſubſtinetur,
plures apud Cancer. var. reſol.lib.1. cap.
21.n.95 qui ſtrenuè hanc opinionem
tuetur, & ſecundum eam iudicatum
fuiſſe teſtatur contra opinionem Alcia-
ti, & Peregrini tanquam falſam, & ità
etiam iudicatum referunt Peguera deciſ.
263.par. 2. & in caſu magis arduo Fonta-
nell.d.clauſ.4.gloſ.24.n.38.& in terminis
gloſ. 25. n. 10. & ſeq. plures etiam apud
Capyc.latr.d.deciſ.2.n.9. Nititur hæc opi-
nio in generalitate textus in d. §. ex con-
ditionali Inſt.t.de verb.oblig. & in l. ſpem
C.de donat.& in l.neceſſario §.quid ſi pen-
dente ff.de pericul. & comm. rei vendit. &
l. vnic. vbi gloſ. C. vt act. ab hæredib. &
cont.hæred.& l.quoties C.de donat.quæ ſub
modo. Eà ratione quia in contractu in-
tercedit pactum ſtipulantis,ſibi,& hære-
dibus ſuis proſpicere volentis l. ſi pactũ
ff.de probat.Mantic.de tac. & ambig.lib.1.
tit.7. Trentacinq. var. reſol. lib. 3. tit. de
empt. & vend.reſol.10.n.2. quod non in-
teruenit in vltima voluntate gloſ. in d.§.
ex conditionali verb. contigerit, & in l. ſi
20 vxorem C.de cond. inſer. quia in vltimis
voluntatibus non conſideratur illa ſpes,
quæ conſideratur in contractibus, quæ
etiam donari poteſt d. l. ſpem vbi DD.
21 C.de donat. Et à priori ratio eſt, quia
is, cui ſub conditione legatum, ſiuè fi-
deicommiſſum eſt, pendente conditione
non eſt creditor, ſed tunc eſſe incipiet,
quando conditio extiterit,quia in lega-
to,ſiuè fideicommiſſo ex vltima volun-
tate conditio impedit ortum obliga-
tionis, quæ, purificata conditione,inci-
22 pit; in contractibus vero etiam pen-
dente conditione eſt creditor; in his
enim cõditio non impedit natiuitatem
obligationis, cum ab exordio cõtractus
naſcatur l.is cui 41.ff de act. & oblig. ſed
ſolum differt adimplementum, & exe-
quutionem obligationis, ſicuti obliga-
tio in diem, quia vtraque impleta con-
ditione ſumit exordium à die celebrati
23 contractus; differt autem ab obliga-
tione in diem, obligatio conditionalis;
quia illa eſt irreuocabilis, licèt ſuſpenſa
exequutione, hæc reuocabilis, ſi condi-
tionem contingat non impleri. Vnde fit
vt in cõtractibus, adueniente conditio-
ne, obligatio retrotrahatur ad tempus
celebrati contractus, non ſic in vltima
voluntate, & ſucceſſiuè ſequitur, vt in
contractibus conditionalibus locum
habeat tranſmiſſio ad hæredes Capyc.
latr. latè in d. deciſ. 2. nu. 10. Conſe-
24 quenter fit, vt in contractu dotis, ſub
hac conditione promiſſæ, non requi-
ratur ſuperuiuentia ſtipulatoris ad effe-
ctum, vt ſtipulatio committatur, ſed ad-
huc ſtipulatore ante dotatam deceden-
te,tranſit ad eius hæredes ius repetendi
dotem Fontanell. in terminis d. clauſ.
4.gloſ.25.n.10. & ſeq. & in eius hæredi-
tate remanet ſpes conditionis implendæ
tranſmiſſibilis Capyc.latr. ibid.n.27.
25 Ad textum verò l. quòd de pariter ff.de
reb.dub. in quo fundatur opinio con-
traria, & qui videtur aduerſari textui in
d. §. ex conditionali DD. communiter
exiſtimant,per illum textum non limita-
ri diſpoſitionem textus in d. §. ex condi-
tionali, ſed loqui in caſu ſuo ſpeciali
Ca-

Capye. latr. d. decis. 2. num. 16.
Et ità fuit vtraque parte &c.audita decretum.

ARGVMENTVM.

Beneficium *cap. Odoardus de solutionibus*, quando concedendum, & quæ requirantur?

SVMMARIVM.

1 *Clericus petens beneficium* cap. Odoardus de solutionib. *tenetur probare paupertatem.*
2 *Paupertas ad hunc effectum sufficienter probatur per testes de communi existimatione.*
3 *Pauper quis dicatur, remittitur arbitrio Iudicis.*
4 *Pauper in hoc proposito dicitur, qui non habet redditus excedentes annuos ducatos XXV.*
5 *Clericus petens huiusmodi beneficium, tenetur probare debitum.*
6 *Confessio debiti, per Clericum facta ante sententiam, sufficit ad obtinendum huiusmodi beneficium, licèt ante negasset.*
7 *Et sufficeret confessio debiti, etiam si subsequatur sententiam.*
8 *Obligatio in forma Cameræ non adimit beneficium* cap. Odoardus de solut.
9 *Clericus gaudet beneficio* cap. Odoardus de solut. *etiam si Iuramentum promissorium adhibuisset.*
10 *Iuramentum seruandum est in forma specifica, quando seruari potest.*
11 *Iuramentum non dat contractui paratam exequutionem.*
12 *Beneficium* cap. Odoardus *est personale, atque adeo non competit fideiussoribus.*

PLACITVM VI.

INter alia beneficia, & priuilegia, Clericis à Iure concessa, computatur beneficium *cap. Odoardus de solut.* per quem textum conceditur Clerico inopi, & egeno, non habenti, vnde suis satisfaceret creditoribus, immunitas, ne possit à suis creditoribus vexari, & si forte in Carcere fuerit, excarceratur, præstita tamen per eum idonea cautione de satisfaciendo, cum peruenerit ad pinguiorem fortunam; Ad hoc beneficium instabat admitti N. Sacerdos N. Diœcesis, in Carceribus huius Archiepiscopalis Curiæ ad instantiam creditorum suorum detentus, cum nequiret, & si vellet, eis satisfacere, & seru. seru. fuit ad prædictum beneficium admissus.

Liquebat enim præfatum N. Sacerdotem esse pauperem, & egenum per testium
1 depositiones ritè habitas, quòd tenebatur iustificare, & quidem concludenter, cum sit fundamentum suæ intentionis *Brun. de cess. bon. q. 26. Affl. decis. 377. nu. 4. & seq. Gabr. de probat. concl. 7. Ceuall. comm. contr. comm. q. 849. nu. 16. Put. decis. 87. lib. 1. Nat. cons. 344. nu. 3. Surd. de alim. tit. 1. q. 24. n. 7. Scacc. de appell. q. 17. limit. 8. n. 9.* Probatur enim
2 paupertas ad effectum prædictum per testes, deponentes de communi existimatione *Seraph. decis. 58. Verall. decis. 293. par. 2.*
3 Et licèt, quis dicatur pauper, sit Iudicis arbitrio resoluendum *Menoch. de arb. Iud. cas. 65. n. 7. & alij apud ipsum, & apud Ricc. in prax. d. cap. Odoard. resol. 245. n. 1. Pyrrh. Corrad. in prax. dispens. Apost. lib. 8. cap. 5. n. 13.* qui n. præcedenti dicit, illum existimari pauperem, qui non habet in bonis quinquaginta aureos *glos. in §. sed propter paupertatem*
4 *instit. de excusat. tut.* Ad rem tamen, iustificata diceretur paupertas, si redditus bonorum non excederent valorem annuum scutorum viginti quinque *Seraph. decis. 173. n. 7. Verall. decis. 65. par. 1.* apud *Ricc. loc. cit. n. 2. & seq.* & in casu deponunt testes d. N. Sacerdotem non habere alia bona, præter ea, ad quorum titulum iuncto beneficio Ecclesiastico fuit ad Sacros ordines promotus, & eorum fructus, ac redditus non ascendere ad annuum valorem ducatorum viginti quatuor monetæ huius regni, quare satis iustificata remanet paupertas.

Concurrebat item confessio spontanea ipsiusmet Sacerdotis de quantitatibus, per ipsum suis creditoribus debitis, quæ necessariò concurrere debebat,
5 vt beneficio huiusmodi potiri posset; sine qua non posset ad illud admitti *Ricc. in d. prax. resol. 246.*

Nec obstat, quòd per creditores replicabatur, præfatum N. Sacerdotem non confessum esse debitum, sed in sua petitione negare; vnde denegandum esse ei petitum beneficium, quia in prima sua petitione dixisset, se esse consequu-

quunturúm à quodam suo creditore. hoc
non est negare, sed fateri re vera debi-
tum, cum quo intendebat compensare.

Præterea, quando adhuc negasset in
prima petitione, confessus est postea
apertè, & acceptauit, & recognouit de-
bita omnia in alijs suis petitionibus
subsequentibus, ante sententiam quidē,
6 quòd sufficere dixit *Ricc. 6. resol.* 246.
ad obtinendum huiusmodi beneficium.
7 Quin etiam satis esset, si confessio credi-
ti sententiam subsequatur *Ricc. loc. cit.*

Minus obstat, quòd ipse D. N. Sacer-
dos sit obligatus obligatione præcisa
ad satisfaciendum; atque adeo teneatur
adimplere suam obligationem, nec gau-
dere possit huiusmodi beneficio; quia
8 quando adhuc esset in forma Cameræ
obligatus, hæc obligatio non impediret,
quin gaudere, & frui posset beneficio *d.*
9 *textus Ricc. ibid. resol.* 252. sic etiam di-
cendum est gaudere, si in cōtractu adie-
ctum esset Iuramentum promissorium
contra *Ricc. in d. prax. resol.* 255. *num.* 1.
quia si gauderet Clericus d. beneficio,
quando credita recognouit in Iudicio,
& efficax est ad impediendam vim Iu-
dicialis confessionis, multo fortius im-
pediret efficaciam contractus Iurati.

10 Nec satisfaciunt rationes adductę
per *Ricc. loc. cit.* Primò quòd Iuramen-
tum sit in forma specifica seruandum.
Secundo quia Iuramentum dat instru-
mento paratam exequutionem; Nam
ad primam tunc Iuramentum seruan-
dum est in forma specifica, quando po-
test adimpleri: nunc si Clericus non ha-
bet vnde possit satisfacere, redditur im-
possibilis satisfactio. Ad secundam non
11 admittit Rota instrumento paratam
exequutionem ex vi solius Iuramenti
Ridolphin. in prax. Iud par. 1. cap. 1. n. 101.
quando adhuc asserēdum esset, Iuramen-
tum conferre instrumento paratam exe-
quutionem, si Clericus admittitur ad
hoc beneficium aduersus propriam con-
fessionem; multò libentiùs esset contra
Iuratum instrumentum, & contractum
admittendus.

12 Hoc autem beneficium, cum sit per-
sonale *Rice. resol.* 248. *in cit. prax.* non
prodest fideiussoribus d. N. Sacerdotis
ex eius persona, quàm non excedit.

Et ità fuit Iudicatum exequutione
subsequuta.

ARGVMENTVM.

Absolutoria ab obseruatione iudicij
conceditur a ctore non probante.
Legitimatio personarum necessa-
ria est in omni Iudicio, etiam exe-
quutiuo, nedum summario, præ-
sertim parte opponente.

SVMMARIVM.

1 *Absolutoria ab obseruatione Iudicij*
datur actore non probante.
2 *Legitimatio personarum necessaria est in*
omni Iudicio, etiam summario.
3 *Et exequutiuo.*
4 *Legitimatio personarum omitti non po-*
test, parte opponente.
5 *Via exequutiua non datur contra tertiū,*
sed via ordinaria agendum est.
6 *Hæreditaria qualitas iustificanda est, vt*
agi possit contra hæredem.
7 *Qualitas hæc non infertur ex filiatione.*
8 *Regula, filius est, ergo hæres, quando pro-*
cedat.

PLACITVM VII.

Censui, concedendam esse absolutoriā
ab obseruatione Iudicij Clerico
Octauio Antonio Boetio Ciuitatis Ostu-
nei, reo appellanti aduersus R. Capitu-
lum, & Clerum eiusdem Ciuitatis: Con-
stabat enim euidenter ex actis actorem
nihil deduxisse ad iustificandam suam
intentionem, quo casu conceditur ab-
1 solutoria *Ridolphin. in prax. Iudic. par. 3.*
cap. 2. n. 133. quia actore non probante,
reus absoluitur *l. actor C. de probat. l. qui*
accusare C. de edend. l. cum qui dicit ff. de
probat. Duran. decis. 280. *n.* 2. *& decis.* 381.
Patet autem defectus probationis ex
reuolutione actorum, nam cum obti-
nuerit ab Episcopali Curia Ostunei
Capitulum, procedi contra dictum Cle-
ricum Octauium Antonium pro exa-
ctione Census super bonis censui sub-
missis, & per ipsum Clericum, & vt præ-
tendebatur possessis; & quicquid sit an
contra tertium possessorem agi possit
via exequutiua, in omnem euentum
quando adhuc daretur contra tertium
possessorem via exequutiua pro exactio-
ne census super bonis censitis, & posses-
sis.

sustenebatur Capitulum probare, bona
censui subiecta possideri per d. Cler.
2 Octauium Antonium conuentum, legiti-
matio namque personarum necessariò
facienda, & plenè probanda in quocun-
que Iudicio etiam *Summario l. si quæra-*
mus ff. de testament. l. non ignorat C. qui
accus. non poss. Iason. in rub. C. qui admitti
n. 4. vers. benè fateor Peregrin. de fideicom.
3 *art. 43. n.* 60. etiã in Iudicio exequutiuo
Rota post Zacch. de oblig. Camer. decis. 76.
n. 6. Beltram. ad Greg. XV. decis. 264. n. 5.
& alibi apud *Ridolph. in prax. Iudic. par.*
4 *1. cap. 6. n. 24.* Præsertim parte opponen-
te *Ridolph. ibid. n. 25.* vbi plura, & nihi-
lominus nihil probauit.

Præterea, quando adhuc probata
esset possessio d. Cler. Octauij Antonij,
5 contra ipsum vti tertium possessorem
via exequutiua agi nequibat, sed omni-
nò agendum erat remedijs, contra ter-
tium competentibus *Greg. XV. decis. 22.*
n. 1. Rota apud *Cent. de censib. decis. 261.*
n. 4. & dec. 153. n. 3. quicquid dicat de
Iure regni *Galter. de liquid. Instr. par. 2.*
2. par. princip. Glos. aduertat à n. 31. nam
licèt fateatur, posse ex Iure regni pro
exactione census ex contractu censuali
exequutiuè agi contra tertios possesso-
res, fatetur etiam in hoc casu omninò
constare debere summariè, eos esse pos-
sessores, quòd prorsus in casu deest.

Nec refert, quòd in mandato exequu-
tiuo dicatur etiam vti contra hæredem
debitoris per Genuinam eius matrem;
6 nam hæc qualitas hæreditaria erat ne-
cessariò iustificanda, dato etiam quòd
contra hæredem agi possit ex contractu
censuali via exequutiua *Galter. loc. cit.*
Rota post Cenc. de censib. decis. 237. n. 16.
7 etiam si constaret ipsum esse filium, siuè
nepotem debitoris; cum non benè indè
inferatur, eum esse hæredem, potuit enim
ab hæreditate se abstinuisse *l. cum hære-*
ditate 55. ff de acqu. hæred. cum pluri-
bus allegatis per *Ridolph. d. prax. par. 1.*
8 *cap. 5. n. 26.* etenim regula illa (est filius
ergo hæres) procedit solum in fauora-
bilibus ob præsumptam voluntatem
adeundi hæreditatem *Magon. decis. Lucen.*
38. n. 25. non autem in odiosis, quando
scilicèt ipse conuenitur. *Magon. decis. Lu-*
cen. 62. n. 11. Bonfertin. ad Magon. d. decis.
38. litt. E. vbi de communi, & magis
communi testantes allegat *Ridolph.*
ibid. num. 28. in casu autem nihil
de re deductum est, vnde iure merito
fuit concessa absolutoria d. Cler. Octa-
uio Antonio, reseruatis Iuribus actori
in alio Iudicio coram Ordinario dedu-
cendis, eodemque actore in expensis cō-
demnato *Ridolph. d. prax. par. 3. cap. 2.*
num. 132.

Et ità fuit decisum vtraque parte
sententiæ acquiescente.

ARGVMENTVM.

Via exequutiua datur pro exactione annui census contra hæredes debitoris. Legitimatio personæ in omni Iudicio necessaria est, & omissa causat nullitatem. Iuramenti de Calumnia omissio quā-do non attendatur.

SVMMARIVM.

1 *Via exequutiua datur pro exactione census contra hæredem debitoris.*

2 *Hæreditaria qualitas iustificanda est, si pro exactione census contra hæredem agendum esset.*

3 *Legitimatio personarum necessaria est parte opponente.*

4 *Legitimatio personarum omissa causat nullitatem processus.*

5 *Instrumentum publicum facit de se probationem probatam, & manifestam.*

6 *Confitens se esse hæredem etiam extraiudicialiter hæreditatem adiuisse censetur.*

7 *Iuramentum de Calumnia omissum, etiam petitum, non causat nullitatem, quando constat de bono Iure actoris.*

8 *Iuramenti de Calumnia omissio non irritat processum, si exinde processum sit, non repetita protestatione.*

PLACITVM VIII.

Resolutum fuit, dandum esse mandatum exequutiuum Ioanni Cauezza, & Gratiæ Terindaphilo coniugibus pro duc. quindecim, debitis ex annualitatibus non solutis annui census ducatorum quatuor cum dimidio aduersus Cler. Franciscum Antonium Reyas filium, & hæredem N. eius matris debitricis principalis.

1 Po-

1 Poteſt enim abſolutè via exequutiua procedi pro exactione annui cenſus aduerſus heredes eius, qui cenſum impoſuit, & ad illius ſolutionem ſe obligauit *Cenc. de cenſib. par. 2. cap. 2. q. 5. art. 6. num. 12.*

2 Nec obſtat, quòd quando eſſet in cauſa exequutiuè procedendum, eſſent omninò legitimandæ perſonæ, & antè exequutionem liquere, & probari debet qualitas hæreditaria in hærede debitoris
3 *Cenc. loc. cit. n. 13.* In quocunque enim Iudicio, quantumuis ſummariſſimo, & exequutiuo, eſt neceſſaria perſonarum legitimatio præſertim parte opponente *Rota* poſt *Cenc. de cenſib. deciſ. 257. nu. 3.*
4 adeo vt eius defectus cauſet nullitatem proceſſus *Ridolphu. in prax. Iudiciar. par. 1. cap. 5. n. 24.*

5 Quia ſatis, euidenter conſtabat de bono Iure actorum ex inſtrumento emptionis cenſus prædicti, quòd ſine alia probatione facit de ſe probationē probatam, & rem claram, & manifeſtam, vt omiſſis alijs tenuit *Rota decis. 198. n. 2. & 3. par. 9. tom. 1. recent.*

Qualitas verò hæreditaria in herede conuento iuſtificabatur ex declaratione, qua ipſemet Cler. Franciſcus Antonius declarauit in eadem Curia Archiepiſcopali in alia cauſa, ſe poſſidere vti filium, & hæredem ſuæ matris debitricis domum, ſuper qua cenſus prædictus fuerat impoſitus.

Nec ambigi poteſt per hanc declarationem induci aditionem hæreditatis, quando aliàs non adiuiſſet, quia certa eſt Iuris concluſio, hereditatem adiri ſolo animo, externis ſignis manifeſtato,
6 præſertim ſi hæres ipſe ſe hæredem fateatur, ſiuè in Iudicio, ſiuè etiam extra iudicium, nulla enim poſſet maior hac probatio dari, in terminis, tenuit *Rota decis. 373. n. 34. par. 9. tom. 2. recent.* & apud *Burati. decis. 945. n. 1. & 2. & decis. 478. verſ. & ex eorundem confeſſione par. 5. recent.*

7 Minus obſtat omiſſio Iuramenti de Calumnia, quia eius omiſſio, etiam petiti, non cauſat nullitatem, quando conſtat de bono Iure agentis, prout in caſu ex dicto Inſtrumento cenſus *Ridolphin.*
8 *d. prax. par. 2. cap. 7. n. 112.* præterea ſuſtinetur proceſſus, ſententia, & omnia exinde ſequuta, omiſſo Iuramento huiuſmodi, etiam petito poſt petitum proceſſum, fuerit ad vlteriora in cauſa, non repetita proteſtatione in quolibet actu, quòd non videtur in caſu *Mohedan decis. 2. de Iudic. Rota decis. 779. n. 5. par. 1. diuerſ. Caualer. decis. 349. n. 6. Ridolph. loc. cit. num. 109.*

Et ità fuit deciſum.

ARGVMENTVM.

Puella, ingreſſa Monialium clauſuram ſine ſufficienti facultate, etiā ad effectum profitendi, an incidat in excommunicationem, & quænam ſit hæc excommunicatio. Et quid de Abbatiſſa, & Superioribus Monaſterij, alijſque Monialibus eam admittentibus, ſiuè non expellentibus admiſſam.

SVMMARIVM.

1 *EPiſcopi tenentur clauſuram Monaſterij Sanctimonialium intactam ſeruare, & reſtituere violatam.*
2 *Puella ingrediens ſepta Monialium ſine ſufficienti facultate, incidit in excōmunicationem eo ipſo.*
3 *Moniales, cooperātes ad ingreſſum puellæ intra ſepta clauſuræ ſine licentia opportuna, non incidūt in excommunicationem* Sac. Concil. Tridentini.
4 *Oppoſitum eſt veriùs declaratum.*
5 *Ingrediens clauſuram monaſterij Monialium citrà facultatem requiſitam, cuiuſcumque ſit ſexus, incidit in excōmunicationem latam in iure, ac* Sac. Concil. Trident. *etiam ſi non ad malum finem.*
6 *Ingrediens Monaſteriu Monialium ad malum finem incidit in excōmunicationem Summo Pontifici reſeruatam.*
7 *Ingrediens Monaſteria monialium prætextu priuilegiorum, & facultatum incidit in excōmunicationem Summo Pontifici reſeruatam.*
8 *Facultates omnes ingrediendi Monaſteria Monialium, quibuſcunque concesſæ, ſunt hodie reuocatæ.*
9 *Puella, ingrediens ſepta Monaſteriorum Monialium, & Moniales admittentes abſque ſufficienti facultate, non incidūt in excommunicationem latam in* Conſtit. Greg. XIII.

10 *Op-*

10 *Opposita sententia est probabilior, & tutior, & de mente Sac. Congregationis.*

12 *Abbatissa, aliaquè Superiores admittẽtes aliquam puellam intus clausuram sine facultate sufficienti, incidunt in excõmunicationem, latam in Constitutione Gregorij XIII.*

13 *Cooperari directè ad ingressum in clausuram, dicitur iubens, consilium dans, sinè alia actione concurrens.*

14 *Non prohibens ingressum, cum tenetur, dicitur cooperari indirectè.*

15 *Moniales non superiores non incidunt in excõmunicationem, Summo Pontifici reseruatam, ob ingressum huiusmodi.*

16 *Oppositum est veriùs.*

17 *Moniales non expellentes puellam, quocunque modo admissam sine legitima facultate intra clausuram, incidunt in excõmunicationem latam in Constitutione Pauli V.*

18 *Masculinum comprehendit fœmininum, etiam in materia pœnali.*

19 *Puella, sine facultate clausuram Monialium ingressa, non potest, indè expulsa, ampliùs admitti, siuè educationis causa, siuè ad probandum institutum, siuè in habitu sæculari, sine noua Sacræ Congregationis licentia.*

PLACITVM IX.

CVm quædam puella Brundusina Monasterium professura ingredi decreuisset, petijt admitti; re in consilia in longum protracta, timens sibi insidias parari, vt à proposito dimoueretur, quodam die Monasterium Sanctimonialium Sanctæ MARIÆ Angelorum Ordinis Capuccinorum horis præmeditatis adiuit, & portam clausuræ apertam ex condicto videns, clausuram absque vlla facultate ingressa est, & morabatur, consentientibus Monialibus: re ad me delata, statim sub pœna excõmunicationis, & interdicti, vltra sententias excõmunicationis in Sacro Concilio Tridentino, & Constitutionibus Pontificijs contra violontes clausuram latas, alijsque Monialibus mandans, quibus cura Monasterij incumbebat, vt puellam expellerent, & puellæ, vt exiret, & licèt vtraque renuerent, demum, reluctantibus Monialibus, egressa est, vel inuita, sperans breui fore, vt idem ingrederetur professura.

Pro iustificatione præcepti satis est allegare *Sacrum Concilium Tridentinum*, ex quo nedum tenentur Episcopi seruare clausurã intactam, vbi fuerit, & restituere, vbi violata; sed grauissimo ad id præcepto, & sub interminatione Diuini Iudicij obstringuntur *sess. 25. cap. 5. de regularibus* ibi: *Sancta Synodus vniuersis Episcopis sub obtestatione Diuini Iudicij, & interminatione maledictionis æternæ præcipit, vt omnibus Monasterijs sibi subiectis Ordinaria, in alijs vero Sedis Apostolicæ authoritate clausuram Sanctimonialium, vbi violata fuerit, diligenter restitui, & vbi inuiolata est conseruari, maximè procurent, inobedientes, atque contradictores per censuras Ecclesiasticas, aliasque pœnas, quacunque appellatione postposita, compescentes, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis.* Et demum pluriès S. Congregatio Concilij secundum dispositionem Sacri Concilij decreuit vt *in vna Ianuen 27. Martij* 1601. *& in Aquilana* 5. *Februarij* 1649. & iterum *in Ianuen.* 8. *Nouembris* 1652. apud *P. Nicolium in suis Notabilib. verb. clausura n. 41.* de eadem re est motus proprius Beatissimi Pij V. *incip. circà Pastoralis officij de anno* 1566. & alius motus proprius Gregor. XIII. de anno 1672. *incip. Deo* apud *Quarant. in Sum. Bullar. verb. Monasteria Monialium Barbos. de potest. Epis. alleg.* 102. *n.* 3. *pa.* 3.

Plures exindè oriebantur difficultates. Prima, an hæc puella, & Moniales inciderint in censuras; Secunda, in quàm censuram inciderint? Tertia, quænam Moniales, an omnes in censuram inciderint? Quarta, dato quòd inciderint, quænam sint eæ censuræ? Quinta, demum an possit præfata puella ad profitendum in eodem Monasterio admitti? sin minus profitendam; an educationis causa, siuè ad probandum institutum.

Et quantum attinet ad primam difficultatem, procul est omni dubio, puellam
2 prædictam ingressam in clausuræ septa sine sufficienti facultate incidisse in sententiam excõmunicationis latæ sententiæ, latam in *S. Concil. Tridentino sess.* 25. *cap.* 5. *de regul.* vbi innouato decreto *Bonifacij VIII. incip. vnico de statu regular. in 6.* vetuit quibuscunque sub pœna excõmunicationis eo ipso ingressum intra septa Monasterij ibi: *Ingredi autem in septa Monasterij nemini liceat cuiuscunque generis, aut conditionis, sexus, vel ætatis fuerit sine Episcopi, vel Superioris licentia in scriptis obtenta, sub excõmunicatio-*

tionis pæna, ipso facto incurrenda docent etiam Andr. Victorell. de clauſ. Monial. tit. de vetit. ingreſſ. in Monial. cænobio Nauarr. in cap. ſtatuimus 19. q. 9. comm. 4. de regul. n. 59. Quaraut. in ſumm. Bullar. verb. Monaſteria Monialium ſub Conſtitut. Greg. XIII fel. record. incip. Deo Sacris Virginibus Io: Carol. Antonell. de regim. Eccleſ. Epiſ. lib. 7. cap. 6. n. 1. Barboſ. apud quem plures de offic. & poteſt. Epiſ. par. 3. alleg. 102. n. 31. Bonacin. de clauſ. q. 4. punct. 5. n. 1. & 2. P. Franciſ. Bordon. contr. 19. de clauſ. monial. n. 26. alijque plures, & in in hoc, qui contradicat, eſt nemo, cum nimis expreſsè loquatur S. Concil.

De Monialibus verò, ad hunc ingreſſum cooperantibus, an inciderint in d. ſententiam excõmunicationis, latam in S. Concil., præſertim de Guardiana, alijſque Superioribus, quibus cura Monaſterij incumbit. negat Dian. par. 1. tract. 16. & tract. 2. Miſcell. reſol. 32. quem refert, & ſequitur Io: Carol. Antonell. d. tract. lib. 7. cap. 6. n. 20. imò nullam aliam pænam contraxiſſent Moniales, ſi aliquem intra Monaſterij ſepta ſine licentia introducant; nullo enim Iure, aut Conſtitutione cauetur Rodriq. tom. 1. q. 47. ar. 1. & 2. Miranda q. 2. de Monialib. art. 10. concl. 1. Sanch. in Sum. lib. 6. cap. 16. nu. 71. plures alij apud P. Ioſephum. de Ianuario Cong. Prior. oper. reſol. 14. vbi ſatisfacit obiectis, & aſſerit nullam de hoc extare Conſtitutionem, ſiuè declarationem P. Franciſ. Bordon. d. contr. 19. de clauſ. Monial. n. 30.
4 Oppoſitum tamen declarauit Sacra Cõgregatio Concil. in vna Ianuen. 27. Martij 1601. in Aquilana, & alia Ianuen relatis apud Nicol. loc. ſup. cit. quibus declarationibus ſtantibus, in hoc non eſt de cætero hæſitandum.

Ad ſecundam difficultatem, ſupponendum eſt, quòd contra ingredientes Monaſteria Monialium plures extant excommunicationis ſententię, latæ pro
5 caſuum diuerſitate. Vel igitur quis ingreditur ſine licentia, & facultate; & contra huiuſmodi ingredientes, præter prohibitionem, latam in cap. Monaſteria 8. de vit. & hon. Cler. & in cap. vnico de ſtatu regul. in 6. Bordon. loc. cit. n. 25. Victorell. vbi ſup. Barb. & apud ipſum plures d. alleg. 102. n. 31. Bonacin. de clauſur. Monial. q. 4. princip. n. 2. punt. 1. adeſt ſententia excõmunicationis, eo ipſo incurrenda, lata in S. Concil. Trid. d. ſeſſ. 25. cap. 5.
6 de regul. Vel quis ingreditur, etiam ſine ſufficienti facultate, & inſuper ad malum finem, & huiuſmodi caſus eſt de reſeruatis Summo Pontifici, cui eſt annexa excõmunicatio, eidem Sanctiſſimo reſeruata, vt declarauit S. Cong. Epiſ. & regul. apud Quaraut. in Summ. Bullar. verb. caſus reſeruati decreto incip. cum autem dubia Bonac. d. tract. q. 4. punct. 5. n. 2. Lezan. in Summ. qq. regul. tom. 3. verſ. clauſura n. 35. apud Antonell. d. lib. 7. cap. 6.
7 n. 19. in fine. Vel quis ingreditur ſepta Monaſteriorum regularium prætextu priuilegiorum; & huiuſmodi ingredientes clauſuram Monialium incidunt in excommunicationem Summo Pontifici reſeruatam; cum omnis licentia, & priuilegia ingrediendi, quibuſcunque perſonis, cuiuſcunque gradus conceſſa, ſint ſublata per Conſtit. motu proprio emanatam Greg XIII. de anno 1575. incipien. vbi gratiæ, & per aliam Conſtit. de anno 1584. incipien. quæ Sanctimonialium, per quàm renouantur eædem pænæ contra eaſdem perſonas fundatricibus, dotatricibus, ſiuè altricibus, nec non Marchionum, Comitum, Ducum, & ſuperiorum graduum Principum, coniu-
8 gibus exceptis; & per aliam Conſtit. à Sixto V. æditam de anno 1589. fuerunt reuocatæ facultates omnes quibuſcunque mulieribus, etiam Duciſſis, Comitiſſis, & Marchioniſſis, & per aliam Conſtitutionem æditam à Paulo V. de anno 1612. incipien. Monialium ſtatui Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſ. d. alleg. 102. à n. 33. & deinceps Quarant. in Summ. Bullar. verb. Monaſteria Monialium, Antonell. d. cap. 6. n. 9. Andreæ Victorell. d. tract. tit. de præcept. Pontific. &c. Bonacin. d. tract. q. 4. punct. 5. n. 3. Bordon. d. controu. 19. n. 27.

Hinc cum pateat, puellam non fuiſſe ingreſſam in malum finem, eam nõ incidiſſe in excõmunicationem, Summo Põtifici reſeruatam, aſſerẽdum eſt. Contro-
9 uerſia eſt inter Doctores, an puella, & Moniales inciderint in excõmunicationem, Summo Pontifici reſeruatam, in d. Conſtitutionibus felic. record. Greg. XIII. latam. Putant Suarez. tom. 5. in 3. par. diſp. 22. ſect. 7. à n. 11. Sanchez tom. 2. oper. moral. lib. 6. cap. 16. n. 79. Emanu. Rodriq. tom. 1. qq. regul. q. 47. art. 1. & q. 48. art. 2. Mirand. q. 2. de Monialib. art. 10. concl. 1. eas non comprehendi in dictis Conſtitutionibus Gregorij, quia hæ Conſtitutiones loquuntur de ingredientibus prætextu facultatum, ac de Monialibus, præſu-

men-

nientibus admittere eodem pretextu ingredientes, vt habetur ex textu d. Constit. ibi: *Ne ipsarum licentiarum prætextu Monasteria ingredi audeant*, & in Bulla Pauli V. sic habetur: *Ne Monasteria prædicta prætextu licentiarum huiusmodi ingredi audeant, seù præsumant.* Idem sentit *Zerol. in prax. Episcop. par. 1. verb. Monialis q. 5. Emanuel Sa verb. excõmunicatio Papæ reseruata nu. 15.* & alij apud *Bonacin. de clauf. q. 4. punct. 6. n. 4. Tambur. de Iure Abbatiss. disp. 22. q. 1. n. 7. & 8.* & alij apud *Barbos. de offic. & potest. Epis. par. 3. all. 102. n. 37. Lezana in sum. qq. regul. tom. 3. vers. clausura n. 35. Antonell. d. cap. 6. n. 19. P. Bordon. d. contr. 19. n. 27.*

10 Oppositam verò sententiam, quæ asserit, comprehendi in Constitutione Gregoriana ingredientes Monasteria Monialium sine facultatum prætextu, & Moniales procurantes huiusmodi ingressum, tamquàm probabiliorem, & tutiorem docent & sequuntur *Azor, tom. 1. instit. moral. lib. 13. cap. 6. in fin. Nauarr in d. cap. statuimus comm. 4. de regular. Quarant. in Sum. Bull. verb. Monasteria Monialium* post motum proprium Greg. XIII. incipien. *vbi gratia Filliucc. cap. 8. n. 170. tract. 29.* hanc sententiam stylo, & praxi Maioris Pænitentiariæ confirmatam dixit *P. Bonac. d. q. 4. punct. 6. n. 4. in fine* tutiùs esse, in praxi eam amplecti inquit *Merolla tom. 1. dispat. Theologia Moralis disp. 1. cap. 2. coroll. 10. n. 440. difficul. 8. n. 509. Villag. de extens. legis Comitol. lib. 6. q. 47. Bera par. 1. cas. 30.* qui affirmat hoc in vniuersa Italia seruari *Homobon. in Exam. Eccles. par. 1. tract. 5. cap. 9. q. 60. Coriolan. de casib. reseruat. par. 3. cas. 3. Ricc. in prax. par. 1. resol. 544. Nald. in Summ. verb. clausura nu. 9.* quos refert, & sequitur *Victorell. de clausura tit. An Moniales admittere præsumentes*, vbi rationes adducit, legem pænalem ex identitate rationis ad casum non expressum extendi ex *Suarez. de legib. lib. 6. cap. 4. n. 2.* & rationem finalem dicit esse eandem in vtroque casu, quæ à Sanctissimo Greg. in sua Constit. adducitur, & secundum hanc secundam opinionem censuit S. Congreg. Concilij incidere in excõmunicationem, Papæ reseruatam, intrantes Monasteria Monialium sine licentia, licèt id faciant propria authoritate, & sine prætextu priuilegiorum *in vna Comen. 15. Septembris 1576. & in vna S. Carolo 19. Martij 1579.* apud *Ni-*
col. in notabilib. verb. clausura n. 40. vnde temerarium esset, ab ea recedere.

Ad tertiam difficultatem, si nullus præcessit tractatus inter Moniales, capitulariter congregatas, de admittendo dictam puellam, quo casu essent omnes in excõmunicatione reseruata compre-
11 hensæ *Victorell. loc. cit.* hæ enim veniũt
sub nomine conuentus in dicta Constitutione expressi ibi: *Abbatibus, Conuentibus Victorell. d. tract. tit. an Moniales admittere præsumentes Bonac. d. q. 4. punct. 6. n. 4. contra Rodrid. in summ. qq. regul. tom. 1. q. 47. art. 3.* putarem nomine Conuentus non intelligi religiosos omnes, in vnum collegialiter congregatos, sed solum superiorem, & Consultores, & contra *Barbos. idem sentientem d. par. 3. alleg.*
12 *102. n. 37, Bonacin. ibid. n. 4.* Ceterum tractatu prædicto non præcedente, certum est Guardianam, & officiales alias, quibus cura clausuræ incumbit, incidisse in excõmunicationem reseruatam, quia Cõstitutio loquitur apertè *Superioribus, Abbatissis &c. Bord. d. contr. 19. n. 30. Bonacin. d. punct. 6. n. 1. Antonell. d. cap. 6. n. 9.*
13 *vers. Item Abbatissa*, siuè positiuè, iussu, consilio, siuè alia actione ad ingressum fuerint cooperatę, quòd est directè
14 operari; siuè indirectè, negatiuè scilicet se habentes, non prohibendo ingressum, vt accidit in casu, cum Præses Portę non prohibuerit puellam ingredientem, quòd est cooperari indirectè ad ingressum *Bonacin. loc. cit. n. 2. Victorell. ibid. tit. quid si ingredi faceret.*

Nec potest Guardiana se excusare, quòd ea nec iusserit, nec aperuerit, quæ vices suas aperiẽdi alteri demandauerit, quia sin minus admisit, ingressam nihilominus non expulit puellam, ad quòd tenebatur.

15 Quò verò ad reliquas Moniales, an inciderint in excõmunicationem reseruatam, negant *Barbos. d. alleg. 102. n. 37.* & alij, quos refert, & sequitur *Dian. par. 1. tract. 16. & par. 2. tract. 1. Miscell. resol. 31.* relatus per *Antonell. d. lib. 7. cap. 6. n. 11.* qui ex *Dian. loc. cit.* solum dicit Moniales incidere in excommunicationem reseruatam, si admittere præsumãt, sub prætextu licentiarum ex decreto S. Concilij prohibito vltra casus necessita-
16 tis. At *Bonacin. loc. cit. n. 3.* contra *Saanchez. Rodriq.* & alios putat probabiliter, nedum Superiores, sed etiam inferiores Moniales pænis, & censuris Gregorij

ligari, & adducit rationem, quia Summus Pontifex non solum expressit superiores, sed etiam subdit personas, ibi: *personis*, quòd nomen genericum est, & omnes quascunque personas complectitur; quælibet igitur personæ facientes, vel permittentes ingredi viros, & fæminas in Monasteria Monialium, in excómunicationem reseruatam incidũt, alioquin Summus Pontifex superfluè loquutus fuisset.

Et licèt in casu excusare se possent priuatæ Moniales, dicendo, se nunquam fuisse ad ingressum dictæ puellæ cooperatas, nec iubendo, nec assentiendo, nec consulendo, excusatio procederet ante ingressum, ex post facto verò post ingressum, puellam ingressam non expulerunt, imò positiuè eam retinere voluerunt per triduum, & monitæ expellere, non fle-
17 ctebantur, vnde eas incidisse in d. censuram reseruatam in Constitutione Pauli V. ibi: *vel admissas quoquomodo retinere audeant, vel præsumant*, nec vlla ratione excusari posset ausus, & præsumptio, dum vel monitæ renuebant expellere *Bonacin. loc. cit. n. 14.*

Nec dicas, per textum dictarum Constitutionum prohiberi ne Superiores, siuè Moniales admittere quemquam præsumant, nec loqui de fæminis; quia particula illa *quemquam* refertur ad personas superiùs nominatas; at supra tàm viri, quàm fæminæ prohibentur admitti
18 Tum etiam quia sub appellatione masculini continetur fæmininum, etiam in materia pænali *Menoch. de adipisc. poss. remed. 4. n. 61. Tiraquell.* & alij adducti per *Sanch. in oper. moral. lib. 6. cap. 16. n. 89. Bonacin. loc. cit. n. 1.*

Ad quartam difficultatem patet responsio, ex dictis ad secundã, & tertiam.
19 Ad quintam Sacra Congregatio Cócilij censuit, non posse huiusmodi puellam de cætero ampliùs admitti sine speciali licentia Sacræ Congregationis, vt in vna *Iannen. 27. Martij 1601. & 8. Nouembris 1652. & in Aquilana 5. Februarij 1649.* apud *Nicol. in notabilib. verb. clausura n. 40.* vbi etiam resoluit, Abbatissam esse grauiter puniendam, & puellam expellendam, nec admittendam sine noua licentia, neque pro educanda, neque ad probandum institutum *S. Congregatio* in *vna Tridentina 5. Decembris 1600. in Neapolitana 8. Octobris 1649.* Neque etiã in habitu sæculari, sine noua licentia *Fulginaten. 8. Octobris 1649.* & cũ pateat, hanc puellam non fuisse ingressam ad malum finem, esse absoluendam, postquàm exiuit, ab excõmunicatione cum pænitentia salutari, absque vlla pæna pecuniaria, resoluit *ead. S. Congregatio in Fulginaten. 20. Nouembris 1649. apud Nicol. loc. cit. verf. si tamen.*

Et ità in casu seruatum est, cum habuerit recursum puella ad S. Congregationem pro licentia.

ARGVMENTVM.

An Clericus debitor, & pauper sit interim carceribus mancipandus, pendente discussione articuli, an ei sit concedendum beneficium *cap. Odoardus de solutionib.* vbi plura ad materiam.

SVMMARIVM.

1 *Clericus pro debito ciuili non tenetur, nisi deducto ne egeat.*
2 *Clericus pauper nequit pro debito carcerari, neque censuris adstringi.*
3 *Clericus inops non potest cogi ad cedendum bonis.*
4 *Clericus in minoribus gaudet beneficio* cap. Odoardus de solut.
5 *Clericorum appellatione veniunt omnes, siuè in minoribus, siuè in maioribus ordinibus constituti.*
6 *Clerici omnes etiam coniugati, gaudent priuilegio canonis, si quis suadēte. 17. q. 4.*
7 *Clerici Siluatici an gaudeant canonis priuilegio.*
8 *Clerici in minoribus non habentes requisita* S. Concil. Trid. *an gaudeant beneficio* d. cap. Odoardus.
9 *Clericus in minoribus, non habens requisita S. Conc. priuatur priuilegio fori, non Canonis.*
10 *Debitor præsumitur soluendo, quousque paupertas probetur.*
11 *Carcer semper grauat.*
12 *Beneficium* cap. Odoardus de solutionibus *an competat, quando in contractibus adest Iuramentum.*
13 *Periurium est graue crimen.*
14 *Obligatus in forma Cameræ an gaudeat beneficio* d. cap. Odoardus.
15 *Et quid in debito dependente ex delicto.*
16 *Clericus debitor non est carcerandus pen-*

pendente discussione, an sit locus carcerationi.

27 *Clericus debitor, potens admitti ad beneficium* d. cap. Odoardus, *non est carcerandus, si ante carcerationem petat admitti.*

28 *Si verò petat admitti post carcerationem, manere debet in carceribus, donec discutiatur, an competat d. beneficium.*

29 *Beneficium* cap. Odoardus *datur contra creditores ex contractu iurato in executione rei Iudicatę, vel trium conformium.*

30 *Clericus non potest renunciare beneficio* cap. Odoardus, *neque sub Iuramento.*

31 *Clericus debitor periurus an gaudeat beneficio* d cap. Odoardus.

32 *Clericus pauper gaudet beneficio* d. cap. Odoardus, *etiam si culpa sua ad egestatem deuenisset.*

33 *Clericus debitor, obligatus in forma cameræ, gaudet beneficio* d. cap. Odoardus.

34 *Clericus non potest se obligare ad formam ritus laicalis.*

35 *Clericus non potest renunciare priuilegijs toti ordini concessis.*

PLACITVM X.

PEndente Iudicio, & discussione in hac Archiepiscopali Curia Brundusina, an esset concedendum beneficium *cap. Odoardus de solutionib.* R. D. Pertio de Actis, Cantori Terræ Veliarum, qui se ære alieno grauatus, non soluendo profitebatur, incidit dubitari, an interim esset carceribus mancipandus, quousque resolutum fuerit, an huiusmodi beneficio gauderet. Et pro resolutione censui concedendam esse d. D. Pertio moratoriam quòad capturam, & districtionem personæ, quousq; fuerit cognitum an d. beneficium *cap. Odoardus de solutionibus* ei competeret contra suos creditores.

Nam si pendente discussione, & Iudicio super admissione ad d. beneficium, esset interim in carceribus detinendus, si postea contigeret prouideri ipsum gaudere, cogeretur sustinere iniuriā carceris & grauamen litis, quæ si in logū protraheretur, vt euenire solet, cōpelleretur cū maximo ordinis, & Dignitatis Sacerdotalis dedecore mēdicare, & sic frustraretur finis *d. cap. Odoardus*, cuius mēs fuit prouidere, & consulere decori totius Ordinis Clericalis, prouidendo indemnita-
1 tí personæ Clericorum, qui pro debito
ciuili conueniri nequeunt, nisi quantum
suppetunt vires patrimonij, & deducto
ne egeant, relictis redditibus sufficienti-
bus ad eorum honestam vitæ substenta-
tionem; præstita per eos Iuratoria cau-
tione de soluendo debita, cūm peruene-
rint ad pinguiorem fortunam *textus in
d. cap. Odoardus de solut. cap. peruenit de
fideiuss. glos. in l. miles ff. de re Iudic.* com-
muniter recepta à *Doctoribus Felin. in
cap. cum ex officio de prescript. Couarr. lib.
2. var. resol. cap.* 1. & alij apud *Gennen. in
prax. Neapolis cap. 3. n. 1. Farinac. in prax.
q. 27. n. 65. & seqq. Carol. de Grass. de effect.
Cler. effect. 7. n. 1. Bellect. disquis. Cler. par.
1. tit. de Clerico debitore §. 1. num. 1. & 5.
Francis. Leo in thes. for. Eccles. cap. 11. n n.
2 12. & 13.* & propterea neque carcerari,
aut personaliter detineri, neque censuris
astringi *d. cap. Odoardus, & d. cap. peruenit
Io: Baptista Ciarl. contr. for. cap. 101. n. 1. &
2. tom. 1.* neque bonis cedere coguntur.
3 Doctores apud *Gennen. loc. cit. n. 2. Fari-
nac. vbi sup. Ciarl. in ibid. n. 4. Ricc. in prax.
for. Eccl. par. 1. resol. 244. n. 1.* ea ratione,
quia Clericorum decus illibatum ser-
uandum est, ne existimatio Dignitatis
vlla turpitudinis macula denigraretur.

Eò vel maximè quia d. D. Pertius est Sacerdos virilis ætatis, & Cantor Ecclesiæ Terræ Veliarum, cui proculdubio, constito de eius inopia, beneficium huiusmodi impertiendum esset, quia cum sit spectabilis, eius existimatio conseruanda est, quicquid dixerit *Couarr. vbi sup. lib. 2. cap. 1. n. 9.* quem sequitur *Farinac. d. q. 27. n. 69. Ioan. Guttier. de Iuram. confirmat. par. 1. cap. 17. Suarez in prax. par. 3. tom. 2. cap. vnic. Menoch. de arbitr. cas. 183.* quos refert *Gennen. d. cap. 3. n. 3. de Clerico minoribus ordinibus insignito;* nàm si eorum dicta simpliciter, & absolutè intelligerentur, vt Clericis in minoribus nullo modo comperat huiusmodi beneficium, etiam si habeant requisita *Sac. Concilij Trident. sess. 23. cap. 6. de reform.*
4 verior est, & receptior sententia asserens,
Clericum minorum ordinum gaudere
huiusmodi beneficio, quemadmodum, &
cæteris priuilegijs Clericalibus *Bellect.
loc. cit. n. 5. Grat. d scept. forens. cap. 222. n.
29. Carol. de Grass. vbi sup. n. 4. Ciarl. loc.
cit. n. 7. Gennens. ibid. n. 3.* & ratio est aper-
ta, & colligitur ex textu *d. cap. Odoardus;*
5 textus enim loquitur de Clerico, & Cle-
ricorum appellatione veniunt in mate-
ria

riæ fauorabili omnes, seruitio Diuino
addicti, siuè in minoribus, siuè in maio-
ribus ordinibus constituti *Abb. in rubr.
de vita, & honest. Cler. & in cap. 2. de co-
habit. Cler. & melior* Nam sicuti à pari
textus *in can. siquis suadente 17. q. 4.* sim-
pliciter loquitur de Clericis, & tamen
certum est apud omnes, dispositionem
d. textus comprehendere omnes Cleri-
cos, siuè ad maiores, siuè ad minores
fuerint ordines promoti, siuè etiam cō-
6 iugati *textus est in cap. vnico de Cler.
coniug. in 6.* & non desunt, qui putant
7 eodem priuilegio Canonis gaudere
etiam Clericum Siloaticum, licèt nullo
Clericali charactere insignitum, sed tan-
tum seruitio Ecclesiæ addictum *D. Ca-
rolus Maranta Episcopus in apologetic dis-
curs. & 3. par. resp. resol. 297.* cuius tamen
oppositum decreuit S. Congregatio *con-
trou. Iurisd. in Regno Neapolitano 10. Iu-
nij 1623.* quo conceditur priuilegium
fori in criminalibus, & quoad districtio-
nem personæ in Ciuilibus tantum; ità
etiam beneficio *d. cap. Odoardus* gaudere
debent omnes Clerici absq; vllo discri-
mine, siuè minoribus, siuè maioribus
ordinibus sint insigniti.

8 Si verò intelligeretur, vt tunc demum
Clerici minorum ordinum beneficio *d.
cap. Odoardus* gaudere debeant, si requi-
sita per S. Concilium *loc. cit.* teneant, ni-
mirum, vt in habitu & tonsura Clericali
incedant, & alicui Ecclesiæ, ab Episco-
po destinati, inseruiant, aut Ecclesiasti-
cum beneficium pacificè possideant; si
vero d. requisitis careant, d. beneficio si-
cuti priuilegio fori non gaudeant *Ge-
nuen. & Ciarlin.* atq; alij videntur eorū
opinionem sequi.

Res tamen non transit sine difficul-
tate; nam cum S. Concilium priuet, siuè
per modum conditionis, siuè per modū
pœnæ Clericos minorum ordinum, non
habentes requisita, ibidem præscripta,
priuilegio fori, & de hoc priuilegio fori
tantum loquatur, non videtur extendē-
dum ad beneficium *d. cap. Odoardus*, sicu-
ti re vera non extenditur ad priuilegiū
Canonis; in pœnalibus enim non est fa-
cienda extēsio *cap. odia de regul. Iur. in 6.*
9 atque adeo Clericus minorum ordinum,
qui ex defectu requisitorum Concilij
amisit priuilegium fori, non amisit, sed
retinet priuilegium *Canonis; si quis sua-
dente*, vt resoluisse *S. Cong. Concil. super
cap. 6. sess. 23. de reform.* refert *Gonzal. ad
reg. 8. Cācell. de mensib. glos. 5. §. 5. n. 7.* apud
Ricc. in praxi Clericorum resol. 530. nu. 5.
*his verbis: Clerici, qui in hoc decreto Con-
cilij priuilegio fori priuantur, priuilegio ta-
men Canonis non intelliguntur priuari.*
Quapropter libenter assentitur, vt Clerici
in minoribus, licèt non habeant requisi-
ta S. Concilij, gaudere tamen debeant
huiusmodi beneficio *cap. Odoardus.*

Nec obstat, quòd antequàm iustifi-
centur requisita, ad effectum gaudendi
beneficio *d. cap. Odoardus* præsertim de-
bitoris inopia, præsumptio est contra
debitorem, & possessio est pro creditore,
ac propterea carceribus est interim mā-
10 cipandus debitor, qui semper præsumi-
tur soluendo, quousque probatur, esse
non soluendo, & paupertas ad hunc ef-
fectum probanda est *Staphil. de litt. Grat.
& Iust. fol. missi 159. Brun. de cess. bon. q.
26. q. 4. princip.* per allegantem, qui in eo
se fundat *glos. in l. si vero §. qui pro rei ff.
qui satisdar. cog. Affl. decis. 377. Brun. ibid.*
nec solum debitoris assertio sufficeret
Genuen. d. cap. 3. n. 18.

11 Et cum carcer semper grauet *Bald. in
l. 2. n. 6. & seq. C. de Epis. Aud. Add. ad
Quar. in Summa Bull. verb. Archiepiscopi
authoritas n. 21. litt. M.* rationabilius est
abstinere à carceratione, antequàm co-
gnoscatur, an competeret D. Pertio be-
neficium *d. cap.* quàm post cognitionem
à Carceribus eximi, & liberari; grauа-
men enim, per carcerationem illatum,
per excarcerationem non liberatur, sed
semper durat.

Præterea si sacri Canones consulere
voluerunt decori Clericorum, & Mini-
strorum, Dei seruitio deputatorum, &
indulget per dispositionem *d. cap. Odoar-
dus*, vt Clerici carcerari non possint, si
carcerandi essent, priusquam cognosce-
retur, an gaudere debeant, iam inferre-
tur grauamen, ad quòd vitandum, respe-
xerunt Sacri Canones.

12 Minus obstat, quòd inter creditores
D. Pertij possint esse aliqui, respectu quo-
rum beneficium prædicti *cap. Odoardus*
opponi non possit, nimirum, vel quòd
debitum dependeat ex contractu, Iura-
menti adiectione vallato, & periurium
13 sit contractum, quòd est graue crimen
*cap. hoc videtur 22. q. 5. Genuen. ibid. n. 16.
vers. poterit* & alij apud *Ciarlin. loc. cit.*
14 *n. 12.* vel quòd sit obligatus in forma
Cameræ vt per *Farinac. vbi supra* contra
Cauarr. tenet *Genuen. d. cap. 3. n. 16. in fine*
vbi

vbi de praxi *Ciarl. ibid. n.* 11. ex Docto-
15 ribus mox citandis; vel quòd debitum
penderet ex delicto, vt ex *Franch.* nota-
biliter *in cap. dilectus de appell. per tex. in*
cap. 1. *de deposito Farinacio vbi sup.* notat
Genuen. ibid. n. 16. vel quòd sit suspectus
de fuga *Genuen. ibid.*

Nam quicquid sit, an his casibus
gaudere debeat d. beneficio, vt mox di-
16 cetur, quousque cognoscatur, an adsint
huiusmodi credita, & discutiatur dubiū,
an sit locus carcerationi, interim non est
carcerandus *Grat. discept. forens. cap.* 222.
n. 41. *Carol. de Crass. d. eff.* 7. *n.* 16. *& seqq.*
17 *Ciarl. ibid. n.* 15. & ante carcerationem
petit admitti ad dictum beneficium, li-
cet secus esset dicendum, si post quàm
fuisset carceribus detentus: tunc enim
18 si incipiat post carcerationem dispu-
tari, an potuerit carcerari, an vero gau-
deat d. beneficio, adhuc interim manere
debet in carceribus, donec articulus dis-
putaretur *Genuen. d. cap.* 3. *n.* 17. *vers. nec*
dubitur Bellect. ibid. §. 1. *nu.* 31. *Ciarlin.*
ibid. n. 14.

Quando autem inter creditores d. D.
Pertij adessent eius qualitates, vt mox
dictum est, de quibus posset esse quæstio,
an posset contra ipsos D. Pertius huius-
19 modi beneficio se tueri, nam contra
reliquos omnes cuiuscunque qualitatis
existant, potest hoc priuilegio inuari,
etiam si essent ex contractu Iurato, pe-
riurio tamen non dum contracto, vel in
exequutionem rei Iudicatæ, siuè trium
conformium *Genuen. ibid. n.* 19. *Farinac.*
d. q. 27. *n.* 70. *Ricc. in prax. for. Eccl. par.* 1.
resol. 244. *n.* 2. *& resol.* 254. *n.* 3. *Bell. vbi*
sup. n. 2. *Francis. Leo in thes. for. Eccl. cap.*
11. *nu.* 13. *Carol. de Crass vbi sup. num.* 25.
Ciarl. ibid. n. 5. etiam si in contrahendis
huiusmodi obligationibus d. beneficio
cap. Odoardus renunciatum esset, huic
20 namque renunciari non potest, etiam
cum Iuramento; cum sit inductum in
fauorem totius ordinis Clericalis *Ciar-*
lin. ibid. n. 6.

Quæstio hæc esset altioris inspectionis,
& quidem, quòd certum est pro nunc,
est, quòd si contra huiusmodi creditores
qualificatos competit beneficium *d. cap.*
Odoardus, consequitur necessariò, vt pro
hisce debitis carcerari non possit, sicut
neq; pro alijs non qualificatis; præcipuus
namque effectus huius beneficij est pro-
uidere, & impedire, ne Clerici carceribus
detinerentur. In dubio vero, an debitori
periuro, siuè obligato in forma Cameræ
concedendum esset hoc beneficium, exi-
21 stimarem pro affirmatiua, & quidem
quo ad debitorem periurum, seclusa
ratione criminalitatis, eadem inopia,
quæ excusat ab obseruatione contractus
iurati, antequam contrahatur periurium,
excusat debitorem, post contractum per-
iurium, inopem, cum iam reperiatur in
eo statu, in quo satisfacere non potest
Cauarr. d. cap. 1. sequitur *Ben de inop. de-*
22 *bit. cap.* 17. *nu.* 8. etiam si culpa sua ad
egestatem deuenisset, & effectus sit non
soluendo *Genuen. d. cap.* 3. *nu.* 14. qui ità
seruatum dicit in Archiepis. Curia
Neapolitana in obligato cum Iuramen-
to; & idem seruandum esse in condem-
nato per tres sententias conformes ex
Put. decis. 56. *lib.* 1.

23 Quò verò ad obligatum in forma
Cameræ *Gomes. in comp. vtriusq; signat.*
col. vlt. Galles de oblig. Cameral. par. 1. *q.* 2.
n. 8. *Imriliol. sing.* 78. *n.* 3. *lib.* 2. *Farinac. in*
prax. q. 27. *n.* 70. *Lacchas ad Galles. q.* 15.
n. 9. *Bellect. ibid.* 82. *n.* 7. *Francis. Leo in*
thes. feri Eccl. cap. 11. *n.* 14. tradunt Cle-
ricum obligatum in forma Cameræ non
gaudere beneficio *d. cap. Odoardus*, quia
obligatio Cameralis habet exequutio-
nem paratam, & non admittit alias ex-
ceptiones, quàm falsitatis, solutionis, &
pacti de non petendo.

Alij verò docent, veriùs, & receptiùs
esse, Clericum obligatum in forma Ca-
meræ gaudere huiusmodi beneficio,
adeò vt nequeat carcerari, neque excō-
municari *Cauarr. d. lib.* 2. *cap.* 1. *sub nu.* 9.
Ferrett. cons. 254. *num.* 54. *lib.* 2. & plures
alij, quos refert, & sequitur *Io: Baptist.*
Ciarlin. d. cap. 101. *n.* 10. Et ratio est eui-
dens, nam huiusmodi beneficium est in-
ductum in fauorem totius Ordinis Cle-
ricalis, vt apud omnes est in confesso,
cui propterea beneficio Clericus renun-
ciare non potest per quoscunque con-
tractus, clausulas prægnantes, & obliga-
tiones de Iure magis efficaces, quemad-
modum est obligatio Cameralis; quia hi
omnes actus sunt priuatæ personæ, quæ
facto suo toti Ordini præiudicare non
valet. Sicuti à pari priuilegium fori in-
dultum est toti Ordini, & Hyerarchiæ
Ecclesiasticæ, cui priuilegio ex hoc tan-
tum capite, quòd est toti Ordini conces-
sum, nemo potest renunciare, etiam si
sponte cum Iuramento renunciet; nec
24 penès acta Curiæ laicalis se obligare
adeò

adeò vt de facto si obligetur, nulla sit obligatio ex defectu iurisdictionis, vt magistraliter resoluit *Rota in Baren. seù nullius pecuniaria, quæ est decis. 348. par. 9 tom. 2. recent. n. 20. & 21*, quàm solam
25 satis est in hoc allegare; priuilegia enim concessa Clericis, toti ordini dicuntur concessa, quibus nemo renunciare potest *cap. si diligenti, de foro compet. cap. contingit de sent. excommun.*

Præterea tota efficacia obligationis Cameralis consistit in hoc, vt per eam possit debitor carcerari, & in subsidium excõmunicari, ad satisfaciendum creditoribus, si satisfactio ob inopiam debitoris haberi nõ potest, & inanis est actio, quàm inopia debitoris excludit, inania quoque reputanda sunt remedia carcerationis, & excõmunicationis, ad finem prædictum satisfactionis ordinata.

Demum hoc apertè colligitur ex *textu in d. cap. Odoardus* vbi Summus Pontifex mandauit absolui Clericum, & excõmunicationem aboleri propter inopiam Clerici debitoris, nulla habita ratione an validè, siuè iustè fuerit excõmunicatus, & ritè excommunicatus supponendus; est quia Summus Pontifex mandat illum absolui, vndè ritè excõmunicatus supponitur; alioqui non absolui, sed non excommunicatum declarasset.

Et ità fuit &c.

ARGVMENTVM.

Antefatum debetur vxori in bonis matris viri, præsertim accedente eius obligatione, si bona filij non extent, etiam si fideicommisso subiecta sint Intellectus *textus in auth. res quæ C. commun. de legat. & fideicomm.*

SVMMARIVM.

1 *LVcrum dotale idem est ac antefatũ.*
2 *Spõsalitiũ dicitur in Cathalaunia.*
3 *Antefatum, deficientibus bonis mariti, debetur in bonis matris, etiam fideicommisso subiectis.*
4 *Etiam insolidum.*
5 *Bona matris, etiam fideicommisso subiecta, validè obligantur pro constitutione antefati filij.*
6 *Dispositio* textus in auth. resquæ C. comm. de leg. & fideicom. *procedit tàm in dote, quàm in antefato.*

PLACITVM XI.

1 LVcrum dotale, seù antefatum, vt dicitur in regno *Consuetud. Neapolitana tit. de Iure Quartæ* vbi *Napodan. & Ant. de Alexand. in addit.* alijq; apud
2 *Gramm. decis. 97. n. 4* quòd in Cathalaunia vocatur sponsalitium *Fontanella de pact. nupt. claus. 7. glos. 1. par. 1. nu. 16.* debetur D. Liuiæ vxori, constat enim ex publico instrumento confessionis, & receptionis dotis integrè per q. Ioannem eius virum, & D. Isabellam viri matrem factæ, & demum ex instrumento restitutionis, & satisfactionis dotis, inito inter d. D. Liuiam vxorem, & d. D Isabellam matrem viri, eiusque hæredem testamentariam fuisse dotem d. q. Ioanni integrè consignatam, & traditam, vnde antefatum deberi non ambigitur, etiam ex bo-
3 nis ipsius D. Isabellæ matris in defectũ bonorum viri, licèt fideicommisso subiecta fuissent iuxta *tex. in auth. res quæ C. comm. de leg. & fideicomm.* secundum æquiorem, & communiorem opinionẽ, & in praxi magis receptam ratione publicæ vtilitatis principaliter intentę, & expressæ in verbis *d. auth.* & in corpore *Authen. de restit. & ea quę par §. quamo-*
4 *brem* vnde desumpta est ibi: *Etenim quæ communiter prosunt ijs, quæ specialiter quibusdam vtilia sunt proposuimus, & in specie, quòd bonis paternis deficientibus, intrat insolidum actio dotis contra bona fideicommissaria matris:* docuerunt *Cau. in d. auth. res quæ sub nu. 9. Pereg. de fideicomm. art. 42. n. 46. Grat. discept. forens. cap. 65. n. 9. & cap. 331. nu. 4.* & alij allegati per *Rotam in Romana dotis 23. Iunij 1645. coram Eminentiss. Card. Octobono*, quæ est *decis. 43. n. 3. inter impressas eius nomine.*
5 Et eo vel maximè quia d. D. Isabella se obligauit in capitulis matrimonialibus vna cum d. Ioanne suo filio tàm pro restitutione dotis, quàm pro constitutione lucri dotalis, vnde clara eluitur conclusio, quòd voluerit propria bona hypothecare, & pro restitutione dotis, & pro constitutione antefati; aliàs frustratoria esset promissio eius, & obligatio per eam facta, quin etiam dolosa *Surd. decis. 62. n. 33. Ant. Fab. in Cod. suo lib. 4. tit. 9.*

lib.9.defin.7.Molfes.conf.29.n. 12. *Rouit. conf.54.n.* 8. *& 19. & conf.* 55.*n.2.lib.1.* alijsque allegati *in d.decis.43.n 4.& 5.& decis.71.* per totam inter impressas per *Eminentiss. Ottobon.*

Actionem verò descendentem ex *d. auth.res qua C.comm.de leg.* non solum
6 dari pro dote, sed etiam pro antefato firmauit *Rota in d. decis. 43.n.6. ex Bald. in d.auth.res qua n.14. Craneσt. conf.186. n.14. & seqq. Phauic. de Lucro dotis glos.* 14.*n.58. Pereg. de fideicom. art.*40. *n.97. Rota coram Coccin decis.*244. per totam, & *in d.decis.71.*coram *D.Card.Ottobon.*

Inopia vero,& omnimoda deficientia bonorum d. Ioannis viri probatur euidenter ex instrumentis declarationis, factis per d. Ioannem ad fauorem R.R. D.Caroli,& D. Fräcisci eius patruorum, ex instrumento diuisionis bonorum, & demum ex cessione totius hæreditatis d.Ioannis,facta per d. D.Isabellam hæredem ad fauorem Ioannis sui generi, viri Catharinæ eius filiæ in satisfactionem dotis,ei per communem patrem relictæ; ex quibus liquet non sufficere bona in inuentario descripta, & processu.

Et ità &c.

ARGVMENTVM.

Calculus rationum sæpè reuideri potest, nisi obstet res Iudicata. Transactio quando dicatur? Intellectus *l. vnica C. de errore Calcul.*

SVMMARIVM.

1 *Calculus sæpè reuideri potest.*
2 Textus in l.vnica C.de error.Calcul. *non procedit, quando adest res Iudicata.*
3 *Res Iudicata debet esse super qualitate calculi.*
4 *Transactio non est quando partes nihil sibi inuicem remittunt.*

PLACITVM XII.

Calculum pecuniarum, per Carolum Monticelli de hac Ciuitate Brundusij debitarum, vti hæredem D. Francisci eius fratris,reuidendum esse pronunciani,& si super,dictis quantitatibus fuerat iam inter R. Capitulum Brundusinum, & d.Carolum inita conuentio, secundũ quàm Carolus se obligauerat soluturum
1 dictas quantitates certis terminis ex decisione *textus in l. Vnica C.de errore Calcul.sine ex vno contractu, sine ex pluribus emerserit veritati non afferre præiudicium, sæpè constitutum esse, vnde rationes sæpè computatas denuò tractari posse.*

2 Nec obstat, errorem Calculi oppositum non obsistere, quando adest res Iudicata,prout in casu, quandoquidem Carolus se obligauit ad formam contractus in vim sententiæ,latę per M.C.V. quàm acceptauit,per quàm acceptationem sententia dicitur fecisse transitum
3 in rem Iudicatam, quia textus, & obiectum procedunt, quando sententia fuit lata super errore calculi, de quo fuisset quæstio, & hæc sententia transiuit in rem Iudicatam secùs autem esset,si quæstio fuerit super debiti substantia, prout in casu, & super obligatione *glos. in d.l. vnica verb.transactio C. de error.calcul.ex l.2.C.de rescin.vend.*

Neque obstat,fuisse dictum in enunciato contractu nouæ conuentionis,partes venisse ad transactionem,vt euitarentur lites; quia re vera transactio non fuit, totum enim id, quòd prætendere potuisset Capitulum de fructibus non solutis ex censu controuerso, soluit,& in futurum se obligauit soluere; & pro expensis, & Interesse quendam annuum censum proprium eidem R. Capitulo eessit,vt ex instrumento d. conuentionis constat,vnde apparet nihil fuisse Carolo
4 per Capitulum remissum, quapropter transactio dici non potest, non enim dicitur transactio contractus ille,in quo partes nihil sibi inuicem remittunt *textus est apertus in l. transactio 38. C. de transaction.* his verbis: *Transactio, nullo dato, vel retento, seu promisso,minimè procedit.*

Et ità fuit decisum vtraque parte acquiescente determinationi.



ARGVMENTVM.

Institutio in Iurepatronatus facta, spretis patronis, non sustinetur; hi verò quando præsentare tenentur. Vocatus de familia, seù de domo non solum tenetur probare, se descendere de eadem familia; sed etiam esse consanguineum, adhuc parte non opponente. Familiæ identitatem probat descendentia, non cognomen. Vocatio familiæ, de qua intelligatur? Obseruantia declarat mentem disponentis. Testis vnicus non probat, & multò minus de auditu, & ab eo, cuius dictum non releuaret. Præsentatus ab existente in quasi possessione, vel ab eius descendente est instituendus. Iuspatronatus non oritur ante, & sine assensu Ordinarij, à quo regulatur.

SVMMARIVM.

1. *DIspositio testatoris attendi, & seruari debet.*
2. *Beneficia Iurispatronatus ad præsentationem patronorum conferenda sunt.*
3. *Institutio, facta sine præsentatione legitimorum patronorum, nulla est ipso Iure.*
4. *Consensus verus non dicitur, qui personaliter non fuerit citatus.*
5. *Patroni laici intra quadrimestre præsentare debent.*
6. *Specialia plura circa idem non concurrunt.*
7. *Vocatus de familia siuè de dono. vel causa tenetur probare, se descendere ex eadem familia, sin minus effectiua, saltem contentiua.*
8. *Familiæ nomine veniens tenetur probare, non solum se descendere, sed etiam esse cognatum, etiam parte non opponēte.*
9. *Identitas familiæ probatur per agnationem, & descendentiam ab eodem vno stipite, adhuc remotissimo, non verò per cognomen.*
10. *Iurispatronatus reseruatio regulatur secundum terminos præcedantis institutionis heredum, quando stat accessoriè, & non principaliter, & de perse.*
11. *Iuspatronatus reseruatum familiæ in adiacenti dispositione censetur de familia eadem, designata in vocatione.*
12. *Dictio (in perpetuum) adiecta vocationi familiæ, intelligitur de contentiua, non de effectiua.*
13. *Vocatio familiæ, consequutiue facta, intelligitur de effectiua.*
14. *Verbum perpetuum potest de vita vnius verificari.*
15. *Testator interrogatus si viueret, ad fauorem suorum nepotum responderet, nec eos excluderet.*
16. *Obseruantia est optima cuiusque dispositionis interpres.*
17. *Obseruātia declarat mentem disponentis.*
18. *Coniecturæ non releuant ad probandam descendentiam.*
19. *Testis vnicus non probat.*
20. *Testis vnicus repellendus est.*
21. *Testis vnicus de auditu à mortuo non releuat.*
22. *Testis de auditu ab vno non probat.*
23. *Testis de auditu non probat, si dictum authoris non probaret.*
24. *Institutio quando denegari non potest.*
25. *Vacatio beneficij remanet probata, quando vterque venit ex eadem vacatione.*
26. *Instrumentum dotationis, & fundationis optimè probat iuspatronatus.*
37. *Præsentationes, effectum sortitæ, benè probant effectuationem fundationis.*
28. *Iurispatronatus existentia probatur sufficientèr, si de eo Ordinarius prouideat, tamquam de patronatu, præsertim si libertas non controuertitur.*
29. *Præsentatio, facta ab existente in quasi possessione, sustinenda est.*
20. *Præsentatus per descendentem ab existente in quasi possessione instituendus est; probata tantum descendentia.*
31. *Iuspatronatus sine assensu Ordinarij non oritur.*
32. *Beneficiū nō dicitur sine assēsu Ordinarij.*
33. *Iuspatronatus regulatur secundum formam assensus Ordinarij, non dispositionis fundatoris.*
34. *Patroni laici intra quadrimestre tenentur præsentare.*
35. *Episcopus potest admittere patronum ad præsentandum elapso tempore.*
36. *Etiam sine causa.*
37. *Episcopus potest admittere ad præsentan-*

tan-

tandum elapso tempore in sui praiudicium, non superioris.

38 *Ætas quindecim annorum sufficit ad beneficium simplex.*

39 *Etiam si inchoatus sit annus non completus.*

PLACITVM XIII.

CVm simplex Beneficium sub nuncupatione S. Catharinæ Senen. vacans
per obitum Clerici Gregorij de Vernole,
D. Episcopus Neritonen. adiudicauerit
ad fauorem Clerici Fabij de Vernole;
excluso Cler Francisco Antonio de Vernole, vtpotè qui non esset de familia
Marci Antonij de Vernole fundatoris,
per quem fuerat reseruatum Iuspatronatus ad fauorem familiæ, seù Casatæ de
Vernole, de qua Capellanos etiam eligendos esse dispositum fuerat, & decretum per aliam sententiam institutionis,
separatim prolatam; ab huiusmodi sententijs. seù decretis d. Franciscus Antonius ad S. Sedem Apostolicam appellauit, causamq; committi obtinuit extra
Curiam tribus Episcopis, videlicet Archiepiscopo Hydruntino, Archiepiscopo
Brundusino Domino meo, & Episcopo
Lycien. siuè eorum Vicarijs, & cum præsentasset Commissionem præfato Domino meo Illustrissimo Archiepiscopo
Brundusino, cuius Vicarij munere fungor, fuit dubitatum, an prædictæ sententiæ seù decreta, sic, vt prædicitur, diuisim & distinctè latæ à præfato Domino
Episcopo Neritonen; essent infirmandæ
an confirmandæ, & successiuè an d.
Franciscus Antonius esset instituendus.
Et fuit resolutum, & Iudicatum sententias prædictas per D. Episcopum Neritonen. non tantum nulliter, quam iniustè latas, infirmandas, & reuocandas esse,
& successiuè d. Franciscum Antonium
prædictum esse instituendum; atque beneficium prædictum esse adiudicandum.

Nullitas enim erat euidens, quia D.
Episcopus Neritonen; instituit d. Fabiū,
nullius præcedente præsentatione, contra mentem testatoris, qui in fundatione
disposuit, ad Capellanos eligendos concurrere debere præsentationem patronorum, ab ipso nominatorum, quæ dis-
1 positio est omninò attendenda, & seruanda §. *d sponat auth. de nupt.* eo vel
maximè quia super d. fundatione, & reseruatione iurispatronatus Ordinarius
Neritonen. interposuerat suum assensum, vnde beneficium huiusmodi effectum est de Iure patronatus laicorum,
& patet, quia D Episcopus prouidit de
eo tanquam de Iure patronatus per in-
2 stitutionem, consequenter necessariò
præcedere debebat legitima patronorum præsentatio *cap. ex insinuatione*
3 *14. de Iurepatron.* & aliter facta institutio nulla est ipso Iure *d. cap. ex insinuatione Gud. papa decis. 374. Mohedan. decis. 474. 482. 493. & 1140. par. 1.* quos refert,
& sequitur *Ricc. in prax. fori Eccl. de Iure patron. resol. 165. n. 1. vers. item dicebam par. 1. Rota in Romana Præpositura 17. Martij 1634. coram Pirouano* quæ est. *decis. 268. n. 7. par. 6. recent.*

Nec iuuat præsumpta, seù interpretatina præsentatio Portiæ, quasi quòd censeatur præsentasse Fabium, ex quo Dominus Episcopus mandauerat eidem, vt
Fabium præsentaret, & cum non præsentasset infra terminum ei præfixum, in
contumaciam ipsius Curia declarauit
pro facta.

Nam quicquid sit, an cogi possit patronus ad præsentandum, quando adhuc
4 posset cogi, certum est primò non potuisse Portiam reputari contumacem,
cum non fuerit in citatione apprehensa
personaliter, prout requirebatur ad effectum, vt existimaretur verè contumax
Rota decis. 227. n. 10. par. 7. recent.

Secundo quia, etiam si diceretur apprehensa personaliter, non tenebatur
parere, quia cogebatur ad actum, qui de
Iure non erat validus; vrgebatur enim
ad præsentandum post annum vacationis, & sic extra tempora patronis Laicis
à Iure permissa ad præsentandum, quæ
5 vltra quadrimestre non extenduntur
Rotà in Fauentina Iurispatronatus 23. Ianuarij 1636. coram Pirouano, quæ est decis. 87. n. 12. par. 7. recent. cap. vnica §. verum de Iurepatron. in 6. Io: Carol. Antonell. de reg. Eccl. Episcop. lib. 3. cap. 6. n. 53.

Præterea tertiò quia, si de huiusmodi præsentatione esset aliqua ratio ha-
6 benda, in ea concurrerent plura specialia contra tex. *in l. 1. C. de dotis prmission.*
nam primò reputatur verus contumax,
qui non fuit personalitèr citatus, vt suo
Iure priuetur. Secundò vt præsumatur
facta presentatio, ex quo patronus non
presentauit. Tertiò vt presentatio, facta
extra tempora, à Iure statuta, valeat
Preterquamquod Portia iam presenta-

uerat infra legitima tempora ipsum,
FranciscumAntonium, vt mox dicetur.
Iniustitia sententiæ erat etiam euidens, dum D. Episcopus adiudicauerat
beneficium Fabio, tanquam de familia
testatoris, cum adhuc non probauerit, se esse de familia seù domo, vulgo
7 Casata prout tenebatur concludenter
probare, se esse, & descendere, sin minus
de linea effectiua testatoris, ea enim caruit testator, qui in cælibatu decessit; omninò tamen se esse de linea contentiua,
& descendere à communi stipite, & eodem colonello, à quo descendit Io: Franciscus de Vernole hæres institutus, &
vocatus, eiusque descendentes, itá vt sit
illis coniunctus, & de eadem prosapia,
vt ex *Peregr. cons. 42. n. 4. Paris. cons. 51. n. 6. lib 2. Roger. cons. 37. n. 28 lib. 7. Rota*
apud *Mantic. decis. 88. n. 2. & 3.* resoluit
nouissimè *Rota decis. 15. n. 29. par. 7. re-*
8 *cent.* Neque solum se esse descendentem.
sed etiam descendentem, & agnatum legitimum; etiam parte non opponente,
9 Nec Fabio suffragatur identitas cognominis de Vernole, quia non cognomen, sed agnatio, & descendentia ab
vno stipite quamuis remotissimo operatur identitatem familiæ ad *tex. in l. pronunciatio ff. de verb. signif.* vt ex pluribus *in d. decis. 15. n. 32.* firmauit *Rota.*
Tenebatur, inquam, concludenter
probare, se esse de familia fundatoris,
pro qua, & ad cuius fauorem testator
reseruauerat iuspatronatus in fundatione, & ex eadem familia voluit elegi, &
præsentari Capellanos, nàm licèt dixerit
li Cappellani siano della Casata delli Vernole, & habbiano la voce tanto li mascoli, quanto le femine di detta Casata, quia tamen huiusmodi dispositio, & vocatio,
atque designatio non stat de per se, &
independenter; sed accessoriè, non autem
principaliter, & consequutiuè ad præcedentem dispositionem & vocationem;
dispofuerat enim eodem vocationis cōtextu immediato, vt fieret Capella sub
inuocatione S. Catherinæ Senen. (sub
qua nuncupatione in eodem Capitulo
fundauerat beneficium) in Ecclesia Annunciatæ nuncupata vel vbi hæredibus
suis placuerit, postea immediatè subiunxit *li Cappellani siano della Casata delli*
10 *Vernole in perpetuum*, vnde videtur,
quòd hæc vocatio familiæ non stat de
per se, & principaliter, sed accessoriè, &
consequutiuè, & respicit easdem personas & familiam, quas respicit institutio,
& quia institutus fuerat hæres Io: Franciscus de Vernole nepos testatoris, consequenter huiusmodi reseruatio iurispatronatus, & deputatio Capellanorum
censetur dumtaxat facta fauore familiæ
testatoris, & descendentium suorum de
sua familia; atque adeo restringitur ad
familiam testatoris, & hæredes iuxta
celebre *Decij consil. 636. n. 7.* cum quo
omnes Doctores cumulatos post alios,
per *Bellon, Iun. cons. 12. n. 43. & cons. 17 n. 90. Fusar. de subst. q. 688. n. 36.* communiter transire censuit, & ipsa est amplexa pluries *Rota in d. decis. 15. nu. 6. alleg.*
11 vnde sequitur, quòd dum in hac destinatione Cappellanorum, & reseruatione
Iurispatronatus exprimitur familia de
Vernole, intelligenda est hæc vocatio de
familia effectiua Io: Francisci hæredis
vocari, & eius descendentium, prout in
his terminis ex *Rumo cons. 153. n. 11. lib. 2. Soccin. Sen. inter consil. Curt. Senior, cons. 97. p. 60. lib. 2. Cephal. cons. 510. n. 167.* &
alijs relatis *in d. decis. 15. n. 6. & 7. Rota Romana.*
12 Neque obstat verbum illud *in perpetuum*, adiectum in destinatione Capellani, & reseruatione Iurispatronatus, ex
qua desumi posset coniectura, quòd vocata fuerit familia contentiua, non effectiua ex *Paris. cons. 22. n. 62. lib. 2. Rimi-*
13 *nald. Iun. cons. 480. n. 41.* quia cum dicta
vocatio familiæ sit facta consequutiuè
ad præcedentem institutionem, censetur
vocata familia hæredis instituti in perpetuum ex *Cephal. loc. cit. Menoch. cons. 85. n. 104. & cons. 326. nu. 38. Marol. de success. par. 3. q. 1. art. 5. n. 34. Fusar. cons. 169. n. 24. Rota Romana decis. 698. n. 16. par. 1. & decis. 490. n. 12. par. 4. diuers.* &
coram *Caualer. decis. 454. n. 11.* firmauit
eadem *Rota in d. decis. 15. n. 17.* vbi *n. 18.*
14 resoluit, vocem *perpetuum* posse verificari in vita vnius vocati ex *Rolād. cons. 84. nu. 11. lib. 1. Surd. cons. 123. n. 14. Fusar. cons. 4. n. 56.*
Et quando hæc vocatio intelligenda
esset de familia contentiua testatoris, &
hæredis, non autem effectiua, tenebatur
Fabius probare concludenter, se esse de
familia contentiua, vt supra ostensum
est, nec hucusq; probauit.
Quòd autem MarcusAntonius fundator intellexerit de sua familia, & descendentia, colligitur ex ratione charitatis, etenim non præsumitur voluisse alijs
pro-

prouidere, & priuare suos coniunctos, &
15 agnatos: quinimò si viueret, interroga-
tus, ad fauorem suorum nepotum, vtique
responderet *l. cum acutissimi C. de fideic.*
& patet eum propensioris fuisse consilij,
vt suis consuleret nepotibus, dum ab ini-
tio disposuit, quòd beneficium adindi-
caret Diacono Donato de Vernole suo
nepoti, si infra biennium ad Sacerdotiũ
promoueretur, sin minus Clerico Io: Do-
minco Caballoni, suo ex sorore nepoti;
vnde eius mens colligitue fuisse, vt be-
neficium conferarur alicui de sua agna-
tione, & in cõcursu plurium præferatue,
cæteris paribus, qui fuerit de sua agna-
tione, & cognomine, eoque deficiente
alius similiter coniunctus, licèt non de
suo cognomine, & cum decesserie Cleri-
cus Gregorius, fundatoris pronepos,
meritò succedir ipse Franciscus Anto-
nius Guido de Vernole filius pronep-
tis.

16 Præterea eam fuisse mentem testato-
ris probat obseruantia, ab initio vsque
adhuc firmata, hæc enim obseruantia
benefacit pro declaratione mentis testa-
toris, cum sit optima cuiusque legis, &
dispositionis interpres *cap.* cum dilectus
de *consuetud. Craueñ. conf. 101. n. 4. Rota*
decis. 14. n. 4. par. 7. recent. etiam in mate-
ria legatorum *Rota decis. 260. n. 12. par. 9.*
17 *tom. 1. recent.* Obseruantia namque sub-
sequuta declarat originaliter, qualis ab
initio fuerit mens contrahentium de
tempore contractus *Rota* coram *Coccin.*
decis. 77. n. 4. inter eius impressas, & in
alijs decisionibus allegatis *in decis.* 232.
25. *par. 9. tom. 1. recent.* Constat enim sem-
per fuisse admissos ad d. beneficium
attinentes fundatoris, eique sanguine
proximiores, eadem igitur seruanda est
in hac, & seqnentibus vacationibus.

Neque releuant probationes, per Fa-
bium adductæ, ad probandam attinen-
tiam, quia visæ fuerunt nedum non con-
cludentes; sed eriam prorsus insufficien-
tes, & per coniecturas partim falsas, par-
18 tim inuerisimiles, & tamen tenebatur
concludenter probare legitimam des-
cendentiam à communi stipite, prout in
simili fuerunt probationes reiectæ *Rota*
d. decis. 15. n. 33.

Et prima quidẽ coniectura, desumpta
ex pecunia, soluta pet MarcumAntoniũ
fundatorem, ad eximendum Petrum
Anum d. Clerici Fabij ab inquisitione
propter homicidium, ab eo commissum,
neque probatue, cum vnus tantum testis,
& de auditu, nec sufficientem sui dicti
causam reddens, deponat; & probata
non concluderet, Marcum Antouium
soluisse intuitu parentelæ, cum bene
potuerit soluisse ex motiuo charitatis;
nihilominus constat ex dicto aliorum
testium d. MarcumAntonium soluisse
pecuniam tanquàm pretium vnius apo-
thecæ, sibi à d. Petro venditæ, vndè non
ex motiuo coniunctionis.

Secunda coniectura, desumpta ex di-
cto Liuiæ de Vernole amitæ magnæ Fa-
bij, ipsam fuisse interdum visam allo-
quentem cum d. MarcoAntonio, e dicen-
tem, esse ei attinentem; quia id deponit
vnus testis de auditu, & author dicti
19 fuie Liuia soror d. Petri, non releuat;
testis namque vnicus non iuuat *Rota*
20 *decis. 68. n. 38. par. 9. t. 1. recent.* cũ depo-
nat de auditu maximè ab ea, quæ mor-
tua est *Rota decis. 163. n. 29. d. par. 9. tom.*
21 *1. recent.* & repellendus est *Rota decis.*
300. n. 15. d. par. 9. tom. 1. recent. præterea
cum audiuerit ab vno, non probat, quan-
do vnus ille non sufficeret, si viueret *cap.*
licet ex quadam 47. de testibus, & attestat.
23 & demum repellendus est, si eius dicti
author, videlicet Liuia, repelli debet *d.*
cap. licèt ex quadam.

Tertia coniectura, desumpta ex eo,
quòd in sepulchro testatoris fuerit hu-
mata eadẽ Liuia, non prodest; quia non
exinde concluditur parentela, siuè atti-
nentia; cum potuerit esse actus faculta-
tiuus.

Quarta minus releuat; viget enim
consuetudo, inuicem se salutandi voca-
bulo *Cugino* etiam inter non agnatos,
vt patet ex testium depositionibus, pro
eodem FranciscoAntonio adductis, qui
benè probant hanc consuetudinem.

Quinta, & vltima petita ex eo, quòd
Leonardus, pater Fabij in morte d. Cler.
Gregorij de Vernole, vltimi beneficiati,
pallio nigri coloris se obduxit, & in loco
luctuosorum sederit; quia probatur op-
positum ex dicto testium, pro parte d.
FranciscìAntonij productorum.

Denique videtur esse euidens, & pro-
cul omni dubio Fabium non esse de
agnatione fundatoris; quandoquidem
in eadem causa D. Episcopus Neritonen.
per suam sententiam pronunciauit Fa-
bium non esse instituendum in eodem
beneficio, tanquam carentem voce acti-
ua; fuerat enim præsentatus à suo patre,
&

& fratribus, ac fororibus, alijſque eiuſ-
dem cognominis, & quia excluſerat ip-
ſum Cler. Franciſcum Antonium prop-
rer exiſtentiam Fabij, quem declarauit
de familia teſtatoris, ſubdidit, teneri ad
requirendos veros patronos à teſtatore
deſignatos. Hinc pater, vel Fabium non
eſſe de familia, vel non eſſe filium Leo-
nardi, eum præſentantis; & fiet, vt perdat
propriam, vt alienam agnationem adi-
piſcatur: Per eadem enim verba, & ſer-
monem teſtator in fundatione vocauit
Capellanos de domo de Vernole, & re-
ſeruauit iuſpatronatus ad idem benefi-
cium pro eadem domo de Vernole ibi:
*& habbia da eſsere il Cappellano, e Ret-
tore della Caſata delli Vernole in per-
petuo, e che poſsano ſuccedere tanto li
maſcoli, quanto le femine di detta Ca-
ſata alle voci di detto Ius*: hinc ſequitur
vt quibus competit iuſpatronatus, ſiuè
electionis paſſiuæ, competat etiam Ius
electionis, & præſentationis actiuæ, ſi
igitur Fabio competit Ius electionis
paſſiuæ, vti declarato de familia funda-
toris, competit etiam Leonardo de Ver-
nole eius patri, & fratribus, ac ſororibus
ius electionis actiuæ; vel ſi Leonardo
non competit iuſpatronatus actiuum,
vtpotè qui non eſt de familia fundato-
ris; multò minus competit Fabio ius
paſſiuum; niſi dicatur, Fabium non eſſe
filium Leonardi, cuius oppoſitum ma-
nifeſtum eſt; fatentur ipſi, & teſtes per
eum adducti deponunt, conſequenter
clarum eſt, ipſum non eſſe de familia
fundatoris, aliàs iniuſtè denegata fuit ei
inſtitutio in prima ſententia, & iniuſtè
fuit Leonardus, alijque, d. Fabium præ-
ſentantes, ſuo iure ſpoliati.

Ex aduerſo ipſe Clericus Franciſcus
Antonius erat omnino inſtituendus, cō-
currunt enim omnia requiſita, ex quibus
ei inſtitutio denegari non poſſit; probat
namque vacationem huiuſmodi benefi-
cij, exiſtentiam, ac pertinentiam iuriſpa-
tronatus, præſentationem intra legiti-
ma tempora, ac demum ſui ipſius habili-
24 tatem, quibus concurrentibus, inſtitu-
tio non ſolet denegari *cap. decernimus,
cap. monaſterium 16. q. 7. cap. cum Bertol-
dus vbi Abb. 12. de re Iud. Rota deciſ. 337.
n. 1. par. 2. recent. & in fauentina iuriſpa-
tronatus 23. Ianuarij 1636. coram Pirona-
nano* quæ eſt *deciſ. 87. n. 1.*

25 De vacatione beneficij partes non
controuertunt; cum vtraque veniat ex
eadem vacatione per obitum d. Cler.
Gregorij de Vernole *Rota d. deciſ. 87.
nu. 2.* & alibi paſſim.

Exiſtentia iuriſpatronatus ex funda-
tione, & dotatione, & quòd ſit etiam de
familia de Vernole, quòd reſpicit perti-
nentiam, probatur ex inſtrumento dota-
tionis cum aſſignatione bonorum in
teſtamento de anno 1623. pro dote ſuf-
ficienti, & ex inſtrumento erectionis ſub
inuo catione S. Catharinæ Senen. Cano-
nicè factæ per D. Hieronymum de Fran-
chis Epiſcopum Neritonen. de eodem
anno cum reſeruatione Iuriſpatronatus
ad fauorem Io: Franciſci de Vernole,
26 alijſque de familia fundatoris, quo mo-
do probandi iuſpatronatus per inſtru-
mentum dotationis, & erectionis melior
in iure dari non poteſt *cap. 3. vbi gloſ.
verb. fundatoris, & cap. nobis de iure pa-
tron. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloſ. 18. nu.
32. Garz. de benefic. par. 5. cap. 9. n. 38. Rota
deciſ. 167. n. 1. par. 2. diuerſ. & in d. deciſ.
87. n. 4.*

27 Nec poteſt inficiari huiuſmodi fun-
dationem, & erectionem fuiſſe effectum
ſortitam; dantur enim præſentationes
omnes huc vſque factæ cum poſſeſſione
ſubſequuta, nempè Io: Dominici Cabal-
loue, ab eodem fundatore vocati de an-
no 1624. & deinde per eius obitum d.
Cler. Gregorij de Vernole, ob cuius de-
ceſſum vacat ad praſens; ex quibus benè
probatur effectuatio *Oldrad. conſ. 229.
Rota* apud *Greg. XV. deciſ. 452. & deciſ.
452 & deciſ. 224. n. 7. par. 1. recent. & in*
28 *d. deciſ. 87. n. 5.* & demum Ordinarius
ſemper tanquam de iure patronatus
prouidit quòd ſatis eſt ad iuſtificandam
exiſtentiam; cum non controuertatur
libertas, ſed tantum ad effectum inſtitu-
tionis requiritur *Rota d. deciſ. 87. n. 8.*

Quòad pertinentiam verò, præſenta-
tio ad fauorem ipſius Franciſci Antonij
facta per Portiam de Vernole, Iſabellam
Franciſcam, & Antoniam pariter de
Vernole ſorores legitima, & valida pro-
29 batur; nam reſpectu Portiæ, cum ſit in
quaſi poſſeſſione præſentandi ex præſen-
tatione facta ad fauorem d. Gregorij ſui
fratris, ex iſto ſolo actu valido iam præ-
miſſo ſuſtinenda eſt *cap. conſultationis de
iurepatr. Rota* apud *l. m. Greg. XV. deciſ.
452. n. 10.* Quò verò ad Iſabellam, Anto-
niam, & Franciſcam, licèt ipſæ non exi-
ſtant in quaſi poſſeſſione præſentandi,
30 attamen quia deſcendunt à Ioanne

Fran-

Francisco eorum patre, existente in
huiusmodi quasi possessione, ex præsen-
tatione facta ad fauorem d. Gregorij, si-
mul cum d. Portia, sufficit tantum pro-
bare ipsas descendere à d. Io: Francisco
ad effectum, vt Franciscus Antonius,
præsentatus ab eis, institueretur *Lotter.
de re benefic. q. 11. n. 14. lib. 2. Greg. XV. de-
cis. 849. n. 6. Rota decis. 146. n. 2. par. 2. &
decis. 723. n. 2. par. 3. recent. & decis. 446.
n. 15. par. 9. tom. 2. recent.* Et adeo harum
præsentatio valida est, & legitima, vt ip-
sis solis iuspatronatus competat, & non
alijs, etiam si de familia testatoris exti-
tissent, nam licèt fundator reseruauerit
iuspatronatus ad fauorem familiæ, seù
Casatæ de Vernole, Ordinarius tamē Ne-
ritonen. in decreto erectionis reserua-
uit iuspatronatus solum ad fauorem
hæredum fundatoris: vnde forma huius
reseruationis inspecta, & secundum eam
iuspatronatus regulari debent, & non
secundum dispositionem testatoris; as-
sensus enim Ordinarij constituit iuspa-
tronatus in beneficialibus, non ordina-
31 tio fundatoris, & sine assensu Episcopi
iuspatronatus non nascitur *cap. nobis
vbi DD. de iurepatr. Rota decis. 222. &
223. par. 1. & decis. 85. par. 2. diuers. Ricc.
in prax. for. Eccles. par. 1. tit. de iurepatr.*
32 *resol. 134. n. 2.* nec dicitur beneficium,
nisi sine assensu, & approbatione Ordi-
narij *Felin. in cap. ex parte 5. n. 2. de res-
crip. Caldern. cons. fin. de iure patr. Ciarlm.
contr. forens. cap. 172. nu. 34. Io: Carol. An-
tonell. de regim. Eccl. Episc. lib. 3. cap. 6. n.*
33 *27.* Adeo vt ad cognoscendum quale
sit iuspatronatus, plus attenditur forma
assensus Ordinarij, in erectione interpo-
situs, quàm fundatoris dispositio, &
propterea licèt fundator disponat de
certa qualitate beneficij, non tamen
potest dici, illud sic esse qualificatum,
nisi appareat, Episcopum huiusmodi
qualitati assensum præstitisse *Ciarml.
ibid. n. 35. ex Bart. cons. 5. nu. n. 14. lib. 1.*
prout in casu accidit, in quo fundator
indefinitè reseruauit iuspatronatus om-
nibus de domo de Vernole, Episcopus
vero in sua approbatione, & assensu de-
clarando mentem testatoris, restrinxit
ad heredes testatoris, & descendentes ab
eis, qui sunt dictæ præsentantes, & d.
Cler. Franciscus Antonius Isabellæ præ-
sentantis filius.

Quò verò ad tempus præsentationis
factę per dictas fæminas de Vernole, li-
cèt facta non fuerit iuxta tempus qua-
34 drimestre, & vt facienda esset de Iure
ad *tex. in cap. vnico §. verum de iurepatr.
in 6.* fuit tamen facta intra semestre,
quòd competit Episcopo ad conferen-
dum, & ab eodem præsentantibus con-
cessum, & cum eas admiserit D. Episco-
pus ad præsentandum, præsentatio susti-
35 nenda est; potest namque Episcopus
admittere patronum ad præsentandum,
etiam elapso tempore, si velit *cap. 2. de
36 suppl. neglig. Prælat.* siuè id faciat Epis-
copus ex iusta causa ad effectum, vt pa-
troni melius possint deliberare super
magis idoneo præsentando, siuè etiam
sine causa *Crescen. decis. 11. & 12. de Di-
37 lat. Ricc. collect. decis. 2453. par. 6.* Hæc
tamen prorogatio sustineretur in præiu-
dicium ipsius Episcopi, durāte tempore,
ipsi ad conferendum concesso DD. apud
*Barbos. de offic. & potest. Episc. alleg. 72. n.
142. & seq.* non autem in præiudicium
superioris, ad quem, post tempus Ordi-
narijs concessum, deuolueretur ius con-
ferendi *Ricc. in prax. for. Eccl. par. 1. resol.
206. Io: Carolus Antonell. d. tract. lib. 3.
cap. 6. n. 53. & seq.*

De idoneitate, & habilitate Francisci
Antonij constat, nam eius Clericatus
probatur, & depositione testium, & con-
fessione Ordinarij, ac etiam partis ad-
uersæ; constat item ipsum esse maiorem
38 quatuordecim annorum, quæ ætas suf-
ficeret ad obtinendum hoc beneficium
simplex ex dispositione *S. Concil. Triden-
tini sess. 23. de reformat. cap. 6. Barbos. de
offic. & pot. Episc. par. 3. alleg. 60. nu. 75. &
seq. Ricc. in prax. for. Eccl. par. 1. resol. 180.*
39 etiam si non sit completus annus quar-
tus decimus, vt resoluisse Sacram Cong.
testatur *Barbos. in cap. 2. n. 5. de ætat. &
& qualit. Antonell. ibid. lib. 3. cap. 6. n. 66.*
& quòad scientiam, vacat philosophiæ,
& optimè musicam profitetur.

Et ità Cler. Francisco Antonio infor-
mante, pluriès Fabio vocato, & renuente
fuit resolutum; infirmandam videlicèt
esse sententiam Ordinarij Neritonen. In-
stituentis Fabium, & benè Franciscum
Antonium appellasse, ac propterea esse
instituendum, eique beneficium huius-
modi adiudicandum.

ARGVMENTVM.

Parochus non poteſt nuptias ſponſorum alterius Parochiæ benedicere ſub pæna ſuſpenſionis, Ordinario proprij Parochi reſeruatæ. Quis dicatur proprius Parochus ad hunc effectnm, originis, an domicilij.

SVMMARIVM.

1 *NVptiarum benedictio à proprio Parocho, vel ab alio de licentia Ordinarij facienda eſt.*

2 *Parochus, ſiuè quiuis Sacerdos ſæcularis, aut Regularis, ſponſos alterins Parochię benedicens, ſuſpenſionem incurrit ab Ordinario ſponſarum abſoluendus.*

3 *Vterque Parochus dicitur proprius ſi ſponſi ſint diuerſarum Parœciarum, & nuptias benedicere poteſt.*

4 *Parochum mulieris tantum poſſe nuptias benedicere, putant aliqui probabiliter.*

5 *Proprius Parochus dicitur, vbi ſponſus de tempore matrimonij habitat.*

6 *Parochus domicilij dicitur proprius.*

PLACITVM XIV.

NOn potuiſſe D. Iacobum Antonium Granaſeum, Archidiaconum Archiepiſcopalis Eccleſię Brunduſinæ, benedicere primas nuptias D. Scipionis Granaſei, ſui ex fratre nepotis, vtilis Domini Carouinei Oſtunen. Diæceſis cum Domina N. couiuge de Ciuitate Vigliarũ abſque licentia Ordinarij, cenſui.

1 Aperta namque ſatis eſt Sacroſancti Concilij Tridentini deciſio *ſeſſ. 24. cap. tametſi 1. de reformat. matr. §. præterea verſ. placuitque* ibi: *ſtatuitque benedictionem à proprio Parocho fieri, neque à quoquam, niſi ab ipſo Parocho, vel ab Ordinario licentiam ad prædictam benedictionem faciendam alij Sacerdoti concedi poſſe.*

Neque contra adduci poſſet aliqua conſuetudo, vel priuilegium, prout non ſuffragari idem S. Concilium decreuit ibid. declarans corruptelam quamcunque conſuetudinem contrariam, etiam immemorabilem, ibi: *quacunque conſuetudine etiam immemorabilili, quæ potiùs corruptela dicenda eſt, vel priuilegio non*

2 *obſtante* quinimò ſi Parochus, ſiuè quiuis alius Sacerdos Regularis, aut ſæcularis ſit, alterius Parœciæ ſponſos ſine illorum Parochi licentia eorumq; nuptias auſus fuerit, ſuſpenſionem ipſo iure incurret, in qua tandiù permaneat, quandiù ab Ordinario illius Parochi, à quo benedictio danda erat, abſoluetur, ità ſtatuit *S. Concil. Trident. ibid. Quòd ſi quis Parochus, vel alius Sacerdos ſiuè regularis, ſiuè ſæcularis ſit, etiam ſi id ſibi ex priuilegio vel immemorabili conſuetudine licere contendat, alterius Parochiæ ſponſos ſine illorum Parochi licentia matrimonia coniungere, aut benedicere auſus fuerit, ipſo iure tandiù ſuſpenſus maneat, quandiù ab Ordinario eius Parochi, qui matrimonio intereſſe debebat, ſeù à quo benedictio ſuſcipienda erat, abſoluetur.*

3 Quis autem dicatur proprius Parochus, ad effectum benedicendi nuptias, ſi ſponſus ſit vnius Parœciæ, ſponſa verò alterius, vtrumque dici, & alterum Parochum poſſe nuptias benedicere docet *Barboſ. de offic. & poteſt. Paroch. cap. 21. n. 100. Sanch. de matr. lib. 7. diſput. 82. punct. 6. n. 3.* idem *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſ. alleg. 32. n. 185.*

4 Non deſunt tamen, qui dicunt, & quidem rationabilitèr, non poſſe Parochum alterius cõtrahentis benedictiones huiuſmodi impertiri, ſed tantum hoc pertinere ad Parochum mulieris *Caualc. par. 2. deciſ. 12. n. 21. Paul. Fuſch. de viſit. lib. 2. cap. 3. n. 21. Cauall. comm. contra comm. q. 604 nu. 148.*

Maior difficultas eſt, quis nam dicendus ſit proprius Parochus D. Scipionis. Brunduſinus, vbi natus; Alexanen. vbi educatus; an Oſtunen; in cuius Diæceſi Carouinei videlicet, cuius eſt Marchio, moratus eſt, & adhuc moratur? Et pro-

5 culdubio Parochus Carouinei dicendus eſt eius Parochus, ſiuè quia ibi habitabat de tempore matrimonij, vt exiſtimarunt *Ricc. in prax. for. Eccl. reſol. 225. par. 1. verſ. quare*, ex reſolutione S. Congregationis *Cauall. d. q. 604. n. 50. Bonacin. de matrim. q. 2. punct. 8. n. 1. Gutier. de matrim. cap. 63. n. 19.* ſiuè quia ibi domi-

6 cilium pluribus ab hinc annis aſſiduè habet, ex quo Marchio illius loci declaratus eſt *Barboſ. de offic. & poteſt. Paroch. cap. 21. n. 34. & d. alleg. 32. n. 59.*

Et ità fuit ſeruatum, &c.

AR-

ARGVMENTVM

Litteræ Apoſtolicæ quando morte concedentis re integra expirent, & an tempore ſucceſſoris plena ſede exequutioni demandari poſſint.

SVMMARIVM.

1 *Litteræ Apoſtolicæ, in forma commiſſaria expeditæ, expirant morte concedentis, re integra.*
Oppoſitum nu. 6.
2 *Litteræ Apoſtolicæ in forma commiſſaria reddunt exequutorem mixtum.*
3 *Gratia, mortuo concedente, non expirat, ſi concedatur in forma gratioſa.*
4 *Gratia in forma gratioſa reddit exequutorem mixtum.*
5 *Intellectus* textus in cap. ſi ſuper gratia extr. de offic. deleg.
7 *Mandatum morte mandantis, re integra, expirat.*
8 *Litteræ Apoſtolicæ, in forma Commiſſaria expeditæ, re integra, poſt mortem concedentis poſſunt per delegatum exequutioni demandari ſi delegato exhiberentur, plena interim Sede Apoſtolica per ſucceſſorem.*
9 *Summus Pontifex ſucceſſor reualidat litteras prædeceſſoris, tùm gratiæ, tùm iuſtitiæ per* regul. Cancell. 12.
10 *Tenor regulæ XII Cancellariæ.*
11 *Litteræ Apoſtolicæ, in forma Commiſſaria, non exhibitæ exequutori, neque tempore concedentis, neq; ſucceſſoris, non poſſunt deinceps exequutioni demandari.*
12 *Negligentibus huiuſmodi quomodo ſubueniendum.*

PLACITVM XV.

Litteras Apoſtolicas, à S.M. Alexandro Septimo, ſub datum Romæ Nonis Maij huius anni milleſimi ſexcẽteſimi ſexageſimi ſeptimi, eius Pontificatus poſtremi per Stephanum Græcum, & Donatam Mariam Græcam de Salice huius Brunduſinæ Diæceſis in forma Commiſſaria, ſuper diſpenſatione impedimenti conſanguinitatis in quarto gradu ab eodem ſtipite obtentas, cenſeri, eſſe exequutioni demandandas.

Nam licèt verior, & receptior ſit ſen-
tentia, quæ docet, gratiam conceſſam
morte Summi Pontificis concedentis ex-
pirare, nec poſſe Ordinarium, cui diri-
guntur eas exequi Sede Apoſtolica va-
1 cante, ſi re integra, dictis litteris videli-
cet exequutori non exhibitis, nec exe-
quutione inchoata, Summum Pontifi-
cem mori contingeret, hoc autem ve-
rum eſt, ſi litteræ ſint expeditæ in forma
Commiſſaria & Ordinario directæ, hæc
enim non eſſet gratia, ſed commiſſio ad
faciendam gratiam; nec dicitur diſpen-
ſatio, ſed mandatum de diſpenſando, ve-
2 rificatis prius narratis, & reddit exequu-
torem mixtum, qui tenetur exequi litte-
ras, & commiſſionem, adhibita cauſæ
cognitione; & narratorum iuſtificatio-
3 ne; at ſecus ſi gratia eſſet conceſſa in
forma gratioſa. nam hoc caſu mortuo
Papa, non expirat gratia antequam
enim moreretur, erat iam perfecta, nec
ad ſui perfectionem aliquod opus requi-
rit ab exequutore, niſi nudum miniſte-
4 rium, & reddit ipſum merum exequuto-
rem, prout etiam ſi contrahentibus ipſis
5 gratia dirigeretur iuxta *textum in cap. ſi*
ſuper gratia de offic. deleg. in 6. quem tex-
tum ità eſſe intelligendum docet *Pyrrh.*
Corrad. in prax. diſpenſat. Apoſt. lib. 2. cap. 8.
6 *n. 23. in fine* Reiecta contraria opinione,
quæ aſſerit, litteras Apoſtolicas, etiam in
forma Commiſſaria, re integra, poſſe ab
ordinario Delegato, etiam Sede Apoſto-
lica vacante, exequutioni demandari, &
ratione, quia gratia hæc diſpenſationis,
ſicut & quælibet alia, cenſetur perfecta,
& eſt gratia ſingularis, & determinata,
& ſolum illius exequutio committitur,
& demandatur Ordinario *Maiol. de irre-*
gular. lib. 4. cap. 51. nu. 6. Syluest. in verb.
gratia n. 3. Suar. de cenſur. diſp. 41. ſect. 7.
tom. 5. apud *Corrad. loc. cit. n. 19.*

Nam cum gratia diſpenſationis in forma Commiſſaria conceſſa ſit, non dicitur gratia perfecta, prout opinio contraria ſupponit, vnde ſuſtineri non poteſt.

Pòrrò antẽ hæc opinio negatiua pro-
cedit, ſi litteræ Apoſtolicæ, & commiſſio
exhiberetur Delegato, vacante Sede
Apoſtolica, quia cum litteræ huiuſmodi
contineãt ſolum mandatum Summi Põ-
tificis de diſpenſando, & mandatum
7 morte mandantis, re integra, expirat *l.*
mandatum C. mandati l. & quia ff. de Iu-
dic. Corrad. ibid. n. 19. verſ. nec poteſt, mor-

tuo Papa, commiffio huiufmodi nondum exhibita expirat.

At quia litteræ prædictæ, à S. mem. Alexandro VII. cõceffæ, fuerũt exhibitæ, tẽpore, quo quo Sedes Apoftolica erat plena per creationem SS Domini Clementis Noni Summi Pontificis Regnãtis, proculdubio erant exequutioni dan-
8 dæ; quia licet per obitum concedentis expiraffent, ac propterea inualidæ fint:
9 nihilominus tamen cenfentur conualidatę à Sanctiffimo Domino Papa per fuæ Cancellariæ regulam duodecimam, reualidatoriam litterarum Prædecefforis gratiæ, ac iuftitiæ infra annum conceffarum, quæ eodem die affumptionis ad Summum Pontificatum per Cardinalem Vice Cancellarium publicantur, vt in principio regularum Cancellariæ legitur; cuius regulæ vigore nouus Põtifex facit reuiuifcere dictas litteras, quæ iam erant extinctæ per obitum Papæ concedentis. Tenor autem huius re-
10 gulæ eft. *Item prædictus D. Nofter omnes, & fingulas ab ipfo Alexandro Septimo Romano Pontifice prædeceffore fuo infra annum ante diem obitus eius conceffas, gratiæ, vel iuftitiæ litteras, temporibus debitis, earum exequutoribus, feù Iudicibus non prefentatas, omnino reualidanit, & in ftatum priftinum, in quo videlicet antea fuerant, vel pro quibus erant obtentæ, quoad hoc plenariè reftituit, ac decreuit per exequutores, feù Iudices prædictos, vel ab eis fubdelegatos ad expeditionem negotiorum in eis contentorum procedi poffe, & debere iuxta illarum formam Corrad. ibid. n. 21.*
11 Quòd fi partes negligant, etiam viuente nouo Papa fucceffore, litteras prædictas exequutori præfentare, non reualidantur, fi contigat eas præfentari tempore alterius fucceforis, in pænam iteratæ negligentiæ, & difficiliùs oratoribus fubuenitur, aut indulgetur *Corrad. ibid. n. 20.* qui tamen *n. 23. ibid.* dat praxim, quomodo negligentibus huiufmodi fubueniendum fit.

Et ità fuit obferuatum.



ARGVMENTVM.

Inftitutio in Iurepatronatus quando deneganda non fit. Familiæ nomen in Iurepatronatus comprehendit fæminas, & defcendentes ab eis; præfertim fi fit fundatum à fæmina, quæ pro fe, & fua familia referuauit Iufpatronatus, quemadmodum in emphytheufi, & feudo fæmineo. Sacerdotis qualitas, vel fimilis quando prærequiratur ad præfentationem.

SVMMARIVM.

1 *IVrifpatronatus exiftentia fufficienter probatur ex inftrumento fundationis.*
2 *Iurifpatronatus probatio euidẽtior, quàm per Inftrumentum, dari non poteft.*
3 *Affenfum Ordinarij ad fui ortum iufpatronatus exquirit.*
4 *Exiftentia Iurifpatronatus iuftificatur confeffione partis.*
5 *Pertinentia Iurifpatronatus probatur ex inftrumento fundationis.*
6 *Vacatio Beneficij remanet iuftificata, fi vterque collitigans venit ex eadem vacatione.*
7 *Clericatus, & ordo neceffarius, & requifitus ad beneficium, benè probatur per litteras Ordinarij.*
8 *Inftitutio, concurrentibus requifitis, deneganda non eft.*
9 *Familiæ nomen ex propria fui fignificatione aptum eft comprehendere fæminas, & defcendentes ab eis in materia Iurifpatronatus.*
10 *Fæminæ fuccedunt ad Iufpatronatus poft finitam lineam mafculinam, etiam fi pro folis mafculis fit referuatum.*
11 *Fæmina non dicitur propriè habere familiam, & agnationem.*
12 *Familiæ nomine in difpofitione facta à fæmina pro fe, & filijs, & nepotibus, veniunt filię, & neptes.*
13 *Fæmina plus diligit filiam, quàm filium.*
14 *Verba intelligenda funt fecundum qualitatem contrahentium.*
15 *Qualitas contrahentium indicat eorum voluntatem.*
16 *Voluntas eft regina difpofitionum, &*

totum facit.

17 *Emphytheusis,pro se,& filijs concepta, non transit ad fœminas secundum veriorem Rota opinionem.*

18 *Masculinum non comprehendit fœmininum in emphytheusi.*

19 *Emphytheusis à fœmina pro se, & filijs comprehendit etiam fœminas.*

20 *Emphytheusis à masculo, & fœmina cõprehendit etiam fœminas.*

21 *Fœminæ veniunt in fideicommisso fundato à fœmina.*

22 *Fœminæ excluduntur à feudo.*

23 *Etiam si feudum reperiatur concessum pro se,& descendentibus, siuè pro se, & posteris,siuè genere.*

24 *Fœminæ in materia differenti non veniunt.*

25 *Fœminæ in Regno sunt capaces feudorum,& Dignitatum tàm ex inuestitura, quàm ex successione.*

26 *Descendentes ex fœmina admittuntur ad feudum à fœmina originatum, etiam si conuentum non sit.*

27 *Iuspatronatus de sui natura est aptum transire ad quoscunque hæredes.*

28 *Verbum familia,in reseruatione Iurispatronatus fundati à fœmina, comprehendit descendentes ex propria progenie.*

29 *Proximior censetur quis, cum alius proximior non comparat.*

30 *Persona, specificè vocata, non comprehenduntur in generali vocatione, licèt alias in illa comprehenderentur.*

31 *Specifica prouisio tunc operatur exclusionem, quando excluditur persona de gradu, secùs quando excluderetur gradus persona.*

32 *Specialis vocatio non excludit personam vocatam de gradu,sed includit,si qualitas proximitatis concurrat.*

33 *Persona substituta debet esse diuersa à persona instituta.*

34 *Persona vna censetur alia, & diuersa secundum diuersas considerationes.*

35 *Præsentatus à maiori parte patronorum præferendus est.*

36 *Præsentatio lite pendente non est admittenda.*

37 *Maior pars patronorum non consideratur in numero,sed in vocibus.*

38 *Hæredes vnius ex patronis licèt plures sint, pro vno reputantur, quem repræsentant.*

39 *Ordo scripturæ attendendus.*

40 *Idoneitas in præsentato dicitur semper abundare, quando concurrit Sacerdos cum laico.*

41 *Clericatus, & Sacerdotium ex quibus probetur.*

42 *Qualitas, adiecta verbo, regulatur secundum tempus verbi.*

43 *Verba testatoris*(debbano præsẽtare vn Sacerdote) *qualitatem Sacerdotij exposcunt de tempore præsentationis.*

44 *Præsentatio de non Sacerdote, si huiusmodi qualitas prærequiratur, nulla est, etiam si statim promoueretur.*

45 *Testatoris verba de forma sunt seruanda.*

46 *Sacerdotis qualitas prærequisita, non iuuat si superueniat.*

47 *Sacerdotis qualitas actu requiritur, si verba respiciunt tempus præsentationis, etiam si non concipiantur negatiuè.*

PLACITVM XVI.

VAcante simplici beneficio Ecclesiæ, seù Capellæ, Sanctissimi Crucifixi nuncupatæ. in Terra Tauiani huius Neritonen. Diæcesis de Iurepatronatus laicorum, ex fundatione, & dotatione, per Mariam, Rosam, Iuliam Liuello sorores & Herculem, Pompeium, Sabatinum Iosephum, & Franciscum Stephani fratres, & dictarum nepotes ex Lucretia Liuello earum sorore per obitum D. Antonij Nicolacij vltimi possessoris, fuit intra legitima tempora in eo præsentatus D. Iulius Antonius Camassa à d.Rosa Liuello,& ab Andrea Melica,d.Mariæ confundatricis filio; & in termino edicti se opposuit Ioannes Stephani, nepos dictorum de Stephani ex Antonio fratre, instando sibi concedendam institutionem,vti vocato à fundatoribus, proximiori eisdem in gradu, & ad hunc effectum tanquàm arctatum Clericalem Characterem, & promotionem conferendam, excluso ipso D.Iulio Antonio tanquàm in vlteriori gradu existen.licèt expresso nomine,in defectum proximiorum, vocato. Prædicti namque fundatores Capellam, seù Ecclesiam prædictam,per D. Franciscum Linello eorum fratrem, & auunculum respectiuè constructam, non tamen dotatam, morte insperata superueniente, vti illius hæredes mentem eius exequentes, Capellam eandem de bonis d. D. Francisci dotauerunt, cum reseruatione Iurispatronatus pro se,suisque hæredibus, & successoribus actiuè, & insuper hac lege adiecta *Che in detta Cappella per Cappellano si*

habbia da eligere vno Sacerdote, ò Clerico delle istesse loro famiglie, se ci sarà, e lo più propinquo, e sauio, che ci sarà, e morendo d. Cler. Antonio, e non essendoci Sacerdote, ò Clerico di dette loro famiglie, e persona cõgionta, che possa essere eletto Cappellano in d. Cappella, eleggano, e debbano eliggere il Cler. Giulio Antonio Camessa, & omni futuro tempore si habbia da eligere per Cappellano in detta Cappella vna persona delle stesse famiglie, e loro più propinqui, e sauio, e non essendo in dette loro famiglie ne Sacerdote, ne Clerico, che possa essere eletta per Cappellano, che tunc, & eo casu eleggano vn altro, chi loro vorranno, e li piacerà: Dubitabatur, cui nàm ex his hoc beneficium esset adiudicandum? & censui, adiudicandum esse ipsi D. Iulio Antonio Camessa, ipsumque proinde esse instituendum.

1 Existentia namque Iurispatronatus huius Capellæ, & simplicis beneficij euidenter iustificabatur ex instrumento fũdationis cum reseruatione iurispatronatus, quòd sufficere satis superque tenuit *S. Rota Romana decis. 120. n. 5. post tract. de Iurepatron. Viuian. & decis. 106. n. 4. par. 8. recent. & decis. 446. n. 8. par. 9. tom. 2. recent.* vbi aliæ decisiones, & Do-
2 ctores allegantur, & hunc esse modum probandi existentiam iurispatronatus supra omnes alios modos, tanquàm directè, & in sua firmitate fundatum, nec maior dari potest iurispatronatus probatio, quàm quæ oritur ex ipsa originali fundatione, & dotatione, cum earum effectuatione sequuta *cap. piæ mentis 16. q. 7. Rota decis. 615. n. 2. par. 1. diuers. & decis. 46. n. 1. par. 9 tom. 1. recent.* accedente præsertim assensu Ordinarij, tàm super erectione, quàm super reseruatione iu-
3 rispatronatus, interposito, qui, ad effectũ, vt oriatur Iuspatronatus in beneficijs Ecclesiasticis, necessarius est *can. placuit prima q. 2. Lambert. de Iurepatr. lib. 1. q. 2. art. 2. n. 1. & 2. Rota decis. 249. n. 15. par. 9.*
4 *tom. 1. recent.* Præterea Ioannes ipse oppositor fatetur, hoc beneficium esse de Iurepatronatus ex cuius confessione remanet sufficienter probata existentia patronatus *Rota decis. 5. n. 1. par. 9. tom. 1. recent.*

5 Pertinentia similiter probatur concludenter ex eodem Instrumento fundationis, quandoquidem D. Iulius Antonius Camessa præsentatur à Rosa Liuella, vna ex fundatricibus, & ab Andrea Melica filio, & hærede Mariæ Liuello itidem confundatricis *Rota decis. 46. n. & 6. par. 9. tom. 2. recent.*

6 Quòd autem Ecclesia, seù Capella, de qua agitur, vacauerit per obitum D. Antonij Nicolacij, vltimi illius, cum viueret, possessoris, probatur ex eo, quòd idem Ioannes collitigans, & oppositor venit ex eadem vacatione *Rota decis. 101. n. 1. par. 6. recent. & d. decis. 46. n. 4. & decis. 233. n. 4. ead. par. 9. tom. 1. & decis. 258. n. 10.* vbi aliæ decisiones allegantur *ead. par. & tom.*

7 Clericatus item, quin potiùs Presbyteratus D. Iulij Antonij Camessa sufficientissimè probatur ex litteris Ordinarij, qui eum ad Presbyteratus ordinem promouit *can. legum 2. q. 1. Innocent. in cap. super his n. 10. infine Felin. ibid. n. 18. de accus. Rota decis. 321. in fin. par. 1. recent. allegata in d. decis. 101. n. 2. par. 6. recent. & decis. 259. n. 15. par. 9. tom. 1. recent.* qui-
8 bus concurrentibus in Camessa, institutio ei deneganda non est. *textus in cap. Monasterium 16. q. 7. cap. cum Bertoldus vbi Abb. n. 12 de re iudic. Rota decis. 337. n. 1. par. 2. & decis. 152. n. 1. par. 5. & d. decis. 46. n. 6. par. 9. tom. 1. recent. & in impressis Eminent. Card. Ottob. decis. 122. n. 9. decis. 130. n. 3. decis. 140. n. 5. & decis. 187. n. 1. & 240. n. 3.* & in alijs apud ipsum.

Neque obstat, quòd D. Iulius Antonius non fuerit simpliciter vocatus, sed sub conditione non existentiæ alicuius de familia fundatorum, vt ex verbis fũdationis legitur, ibi: *E morendo d. Cler. Antonio, e non essendoci Sacerdote, ò Clerico di dette loro famiglie, e persona congionta, che possa essere eletto Cappellano in detto beneficio, eliggano, e debbano eliggere il Clerico Giulio Antonio Camessa*, & cum existat ipse Ioannes oppositor, nepos fratrũ de Stephani fũdatorum ex fratre de familia, & agnatione eorundem, conditio non dicitur adhuc purificata.

Nam, præter expressam de eo vocationem, diceretur adhuc comprehensus ipse D. Iulius Antonius eodem modo, quo Ioannes sub appellatione proximitatis, ibi; *lo più propinquo* vterque namque est in eodem gradu ad fundatores, nam D. Iulius Antonius est nepos Rosæ Liuellæ confundatricis, & præsentantis ex filia Liuia Nicolacia, Ioanues verò est filius Antonij, vnius ex fratribus de Stephani filijs Lucretiæ, quæ erat soror d. Rosæ promortua.

Nec

Nec iuuat Ioannem, quòd non sufficiat d. Iulio Antonio sola proximitas, sed vlteriùs etiam ex mente fundatorum requiratur qualitas agnationis, & familiæ, ibi: *e non essendoui Sacerdote, ò Clerico di dette loro famiglie*, quæ in Iulio Antonio non concurrit, cum sit de familia Camella, & fundatorum aliquæ sunt de familia Liuello, & reliqui Stephani.

9 Nam præterquamquòd nomen fami-
liæ in materia Iurispatronatus, de qua
agitur, aptum est ex sua propria verbi
significatione, comprehendere fœminas,
& descendentes ab eis, vt per *Tiraquell.*
de retract. lignag §. 1. glos. 9. n. 237. & seq.
10 quinimò si Iuspatronatus fuerit pro
se, & filijs masculis reseruatum, adhuc in
defectu masculorum, & post finitam li-
neam masculinam, fœminæ hæredes suc-
cedere valent *Anchar. cons. 81. Calderin.*
cons. 4. de Iurepatr. Rota decis. 185. par. 1.
diuers. n. 5. Seraph. decis. 364. n. 3. & decis.
378. Burat. decis. 385. nu. 20. & in recent.
decis. 307. n. 12. par. 7 decis. 37. n. 6. & de-
cis. 307. n. 12. par. 7. decis. 37. n. 6. & decis.
221. nu. 22. par. 8. & decis. 258. n. 7. par. 9.
tom. 1. recent. Card. Ottob. decis. 10. n. 25.
inter eius impressas, tamen in omnem
euentum, ad tollendum omne dubium
in casu, nomine familiæ non intelligitur
11 agnatio; quia cum dispositio, & reser-
uatio Iurispatronatus incipiat à fœmi-
na, quæ propriè familiam non habet, &
agnationem conseruare non potest *Rota*
in impressis per Card. Ottob. decis. 10. n. 24.
sed intelligitur procreatio, generatio, &
progenies ex proprio corpore, cuius fœ-
minæ sunt capaces, nulla habita ratione
12 cognominis, & agnationis, sub huius-
modi nomine familiæ, quando reserua-
tio est facta à fœmina fundatrice, veniũt
fœminæ hæredes matris, etiam si reser-
uatio facta fuerit pro se, filijs, & nepoti-
bus, quia veniunt etiam filiæ, & nepotes;
non existimandum est, quòd fœmina, quæ
non minus diligit filiam fœminã, quàm
13 masculum; imò magis diligit fœminas
propter sexus similitudinem, vt benè ra-
tiocinatur eruditissimus *Paulus Rubeus*
in annot. ad decis. 262. par. 8. recent. n. 140.
& seqq. nec verba semper sunt in sua
rigorosa significatione accipienda, sed
14 intelligenda sunt secundum qualita-
tem contrahentium *l. plenum §. equitij ff.*
de vsu, & habit. & secundum eorum con-
ditionem *cap. si de beneficio de præbend. in*
6. Abb. in cap. pastoralis in fin. extr. de do-
15 *nat.* qualitas namque contrahentium
plurimum conducit ad assequendum
eorum voluntatem *Paul. Rub. ibid. n. 143.*
16 quæ est regina dispositionum, & facit
totum *l. in conditionibus 19. ff. de leg. 1.*
Rota penès Card. Ottob. decis. 111. n. 9. in-
17 *ter eius impressas.* Et in terminis stri-
ctioribus emphytheusis, in qua non ve-
niunt fœminæ, si stipulatio concepta sit
pro se, & filijs, plures ad satietatem cu-
mulat *Rub. in annot. ad decision. 199. n. 74.*
par. 8. recent. & hanc opinionem verio-
rem, & communiorem firmat, eamque à
Rota canonizatam, & sepiùs firmatam;
18 quia cum sit contractus stricti Iuris, in
eo masculinum non concipit fœmininũ
19 *Rubeus ibid. plena manu* nihilominus
si fœmina stipulationem emphytheusis
pro se, & filijs conceperit, etiam filias
comprehendit, vt in his terminis em-
phytheusis, quæ originem habuit à fœ-
mina plures docent, quos refert, & sequi-
tur *Rub. in d. annot. ad d. decis. 262. n. 262.*
20 *n. 152. & 158. par. 8. recent.* etiam si em-
phytheusim stipulati fuerint iuncti mas-
culus, & fœmina pro se, & filijs; adhuc
fœminæ venirent *Berous cons. 120. nu. 12.*
& 49. vol. 2. & licèt vnus *Aurelius Cor-*
bolus de causa priuil. ob lin. finit. sub n. 9.
à vers. cæterum penès d. Rub. ibid. n. 159.
trepidare, & dissentire videatur, trahens
tamen scipsum sub *nu. 29.* eandem opi-
nionem communem fatetur *Rub. ibid.*
num. 157.

21 Quin etiam quòd in prima genitura,
& fideicommisso, à fœmina fidato, prop-
ter eandem rationem veniant etiam
fœminæ, plures docent, relati à *Rub. ibid.*
n. 161. vbi secundum hanc opinionem
tenuisse *Rotam in Romana fideicommissi*
de Tugninis 14. Martij 1646. §. quia ibi:
in primogenitura, vel fideicommisso, à fæ-
mina facto, in dubio non censetur velle
conseruare agnationem, & odio prosequi
suum sexum coram Arguelles, & iterum
coram *Zarate in Romana fideicommissi*
14. Iulij 1652. §. minus subsistit ibi:
Maximè quando testamentum conditum
fuit à fæmina, quæ in dubio non censetur
velle agnationem conseruare, & odio prose-
qui suum sexum.

22 Et multò fortioribus terminis fœmi-
næ licèt de iure excludantur à succes-
sione feudi *cap. 1. §. & quia vidimus vers.*
hoc autem notandum de his qui feud. dare
poss. cap. 1. §. filia vero de success. feud. cap.
1. §. & si Clientulus de alienat. feud. cap. 1.
quem-

quemad.feud.ad fil.pertin.cap.1.de success.
frat.& grad. success. cap. 1. §. fin. quid sit
inuest.cap.1.an mut.cap. 1. de success.feud.
Rota in Sarsinaten. feudi 1. Iuly 1639. co-
ram Coccin. apud Rub.ibid n. 16 . etiam
23 si feudum reperiatur concessum pro
se,& descendentibus , siuè pro se , & po-
steris, siuè prò se, & genere, vt latè pro-
24 bat *Rub.ibid.n.188.& seqq* sumus enim
in materia differenti,qualis est feudalis,
in qua feminæ sub huiusmodi appella-
tionibus non veniunt *Rub. ibid.* & ità
tenuisse *Rotam in d. Sarsinaten. feudi* di-
cit,quicquid sit de iure Regni Neapo-
25 litani,vbi fœminæ reperiuntur habili-
tatæ,& capaces sunt feudorum, & digni-
tatum, tàm ex inuestitura quàm ex suc-
cessione *Franch.decis.7.nu.1. Io: Francis.*
Capiblanc.de iure.& offic.Baron.erga Vas-
sall.super rub. de Baronib sub n. 42. penès
26 *Rub. ibid. n. 194.* Si tamen feudum sit
fœmineum , quòd à fœmina originem
habeat,ad feudi successionem admittun-
tur descendentes ex fœmina, etiam si in
concessione id conuentum non sit; tex-
tus est apertus in *cap. 1.de natural.success.*
feud. in quo textu dicitur, fœminas non
succedere ad feudum,nisi hoc sit fœmi-
mineum,& in *cap. 1. de feud. siuè benefic.*
fæm n. Rub. ibid.n. 197. & seq. simili ra-
tione & validiore fœminæ, & earum de-
scendentes admittendæ sunt ad iuspa-
tronatus;si à fœmina incipiat , quemad-
27 modum iusparronatus aptum est de
se ad quoscunque hæredes transire, etiã
si à masculo , & non à fœmina quæsitum
sit *Rota decis.196. n. 24. par. 8. & decis.*
221.n.22.ead.par.8.recent.

Et cum fundatrices in reseruatione
huiusmodi iurispatronatus vsæ sint pro-
28 nomine *loro familie*, quòd æquiualet
pronomini possessiuo *suo* , intelliguntur
vocasse descendentes in sua propria li-
nea,& progenie *Put.decis.489.n.6.& seq.*
par.5.tom.2.recent.

Ex his cum D. Iulius Antonius Ca-
massa sit nepos ex filia fundatricis , &
Ioannes Stephani similiter nepos in
pari gradu, & concursu respectu funda-
torum expressorum in Instrumento fũ-
dationis, non est , cur excludendus sit
Camassa ex eo , quòd non sit de familia
fundatorum, prout prætendit Stephani,
quando fundatrices contemplatæ sint
suam cuiusq; propriam descendentiam;
eo vel maximè quia dixerunt *delle loro*
famiglie in numero plurali , sub qua ap-
pellatione non censetur vocata tantum
familia de Stephani , sed etiam illa de
Liuello , quæ cum ortum ducat à fœmi-
na intelligenda est modo supra firmato
29 Quod autem D. Camassa sit in pari
gradu quòad Ioannem , & proximior
quòad reliquos , remanet probatum eo
ipso, quo nemo alius compatet, qui se
proximiorem prætendat *Rota decis. 88.*
n.4.par.7. recent. vbi plures aliæ decisio-
nes allegantur.

Et in concursu D. Camassa anteponẽ-
dus est Ioanni Stephani , & cum ille sit
Sacerdos hic autem non dum Clericus,
quo casu,& de iure cæteris paribus præ-
ferendus est ratione idoneitatis , & ma-
ioris idoneitatis , & etiam ex lege fun-
datorum,qui expresse voluerunt in fun-
datione ad huiusmodi Capellam eligi
debere Sacerdotem, vel Clericum proxi-
miorem, & in concursu plurium in pari
gradu , & dignitate existentium , cum
qui sapientior existat , ibi: *lo più pro-*
pinquo,e sauio.& paulo inferius repeten-
do eadem verba *lo più propinquo,e sauio.*

Quinimò neque de Ioanne in hoc
concursu habenda est vlla ratio , quan-
doquidem D. Iulius Antonius est nepos
ex filia fundatricis , & Ioannes est filius
ex fratre fundatorum de Stephani, si ab
eis Iuspatronatus ortum habuisse dica-
tur,& sic magis dilectus censetur, qui ex
linea effectiua , quàm qui ex collaterali
descendit.

Minus obstat, quòd D. Iulius Anto-
nius Camassa fuerit expressè vocatus, &
substitutus, quia fuit vocatus in defectũ
vocatorum de familia , siuè familia stri-
ctè accipiatur pro conseruanda agna-
tione,siuè pro descendentia ; & cum ad
præsens adsit Ioannes,qui Clericali cha-
ractere insigniri potest , & ad huiusmodi
beneficium admitti,non est factus casus
substitutionis , & subingressus , quòd est
obiectum,in quo securiùs residere vide-
tur Ioannes ; quia quotiescunque dispo-
nẽs in sua dispositione facit simplicem,
& generalem dispositionem de aliqui-
30 bus personis , & paulo post separatam
facit dispositionem de quibusdam ex
ijs , quæ aliàs in dicta generali compre-
henderentur,illis aliter prouidendo, in
eo casu personæ huiusmodi vocatæ , se-
paratæ , & discretæ censentur ; adeout
non comprehendantur sub illa generali,
& simplici vocatione , sub qua aliàs cõ-
prehenderentur *Rota decis. 366. nu. 27.*
par.

par.4.tom.2.decis.135.nu. 5. & 11.par.5. & decis.126 n.3. 5. & seq. par. 7. recent. cum alijs decisionibus, & Doctoribus allegatis penes Lelium Altogradum cons. 89.n.7.lib.1. quasi quòd specialis prouisio,& nominatio excludat à generali vocatione.vt videtur tenuisse *Rota in Bononien. Nullitatis concordiæ 1.Iulij 1652.coram R.P.D. Meltio 5 minus potest vis aliqua fieri,quæ est decis.133.nu.4. inter eius impressas post primum volumen discept. foren.Gratij Contij.*

31 Nam doctrina procedit, quando personæ,quæ excluduntur ex vi nominationis specialis,sunt intra eundem gradum, vt exempli gratia intra ordinem nepotum,fratrum,& similium, & vt vno verbo absoluatur difficultas, tunc specifica mentio operatur exclusionem, quando excluderetur persona de gradu, secus quando excluderetur gradus personæ;vt esset.si testator.prouisis fœminis,vocet ad successionem filios, in hoc casu cum filiæ feminæ,& masculi sint in eodem gradu attinentiæ, & successionis, vtrique successibiles forent patri, nisi specifica prouisio excluderet fœminas à successione, & hoc esset excludere personam de gradu.& in hoc sensu loquitur *Altograd. d.conf.89. n. 6.* ibi: *qua aliàs in d.generali dispositione comprehenderentur*. Si verò testator vocaret ad successionem, sicut etiam ad iuspatronatus proximiores, & in eorum defectu specificè alicui, nominatim prouideret,hæc specifica vocatio non præiudicat vocato,si caducato gradu personæ proximiori ipse esset proximior, & hæc specialis vocatio solum operatur, vt finito gradu proximiori personarum,in quo non est ipse vocatus, subintret gradus subsequens, in quo est ipse vocatus, & in hoc gradu vocatio specialis operatur, vt vocatus præferatur cæteris in eodem gradu concur-
32 rentibus, vnde fit vt specialis vocatio non noceat vocato, si in eo concurrat qualitas proximitatis; nec obest ad exclusionem de gradu, sed prodest ad inclusionem gradus, & ad exclusionem cæterorum de eodem gradu, vt elegantibus verbis acutissimè more suo firmauit *S.R.Romana in Bononien. fideicommissi de Clanorinis 26. Nouembris 1633. quæ est decisio 235.n.1. par. 6. recent.* ibi: *Neque obstat quòd semel exclusus à substitutione fideicommissaria, non censeatur ad eam vocatus ex voluntate testatoris, sed perpetuò exclusum remanere, etiam si sit proximior,vel in æquali gradu*, & post allegatos Doctores ibidem subdit; quia regula non applicatur, cum ipsi ab vniuersali successione bonorum hæreditariorum,de qua hodie agitur,nunquàm fuerint exclusi,& licèt stante dicta reuocatione sint exclusi à particulari legato tanquam filij, & descendentes Ioannis Baptistæ, non propterea sequitur, esse exclusos ab vniuersali substitutione, ad quàm vti proximiores de casata Codicillantis, sunt expresè vocati.

33 Et *nu.9.* soluit absurdum,quòd etiam in præsenti casu adducebatur, quòd nimirum eadem esset persona instituta, & substituta, siuè subrogata, quando persona substituta,& subrogata debet esse diuersa ab ea,cui subrogatur ex doctrina *Alexand.in l. & haredi in principio in principio in 1.notabili ff.de vulg. Cepolla cons.620.n.17.& seq.lib.5.Caputaq. decis. 227.in principio par. 3.* quia quotiescunque eadem persona particulari nomine vocatur ad aliquod prædium hæreditarium, & veniat, atque comprehendatur sub generali nomine de Casata proximiorum si excludatur in prima vocatione, non excluditur in secunda, si in eo concurrat qualitas proximitatis; nàm
34 licèt suppositiuè sit eadem persona, diuerso tamen modo considerata, & secundum diuersa connotata, diuersa, & alia persona existimanda est, secundum diuersitatem, & alietatem connotati, & iuspectionis,& sic cessare dicit huiusmodi absurda.

Firmato igitur D. Iulium Antonium Camassa per d. specialem vocationem non excludi, sed admitti vti proximiorem, aeque adeo in eodem gradu cum dicto Ioanne,cum vterque sit nepos fundatorum,vt dictum est, non obstat,quòd ad fauorem Ioannis post factam publicationem processus, & testificatorum quatuor ex patronis concurrant, & sic
35 dicatur præsentatus à maiori parte patronorum, concurrentibus duobus tantum ad fauorem Camassa, atque adeo præferendus sit *Clem. plures de iurepatr. Rot.decis.275.nu. 1. & decis.280.nu.1.& 16 & decis.2.n.4 par.7.recent.* quia,quicquid sit, an huiusmodi præsentationes sint admittendæ de iure, cum sint factæ multo post edictum, & publicatis iam testificatis, sustinente partes oppositoris
36 tantum Ioanne, atque adeo lite pen-

den-

dente, quo casu præsentatio admittenda non est, & præsentatus non est instituendus *cap. 1. & 2. & lit. pend. in 6. Rot.* apud *Card. Otthob. decis.* 90. *n.* 10. apud quem plures *Doctores, & decis.* 264. *n.* 9 quia

37 præsentantes Ioannem, licèt sint numero plures, sunt tamen iure minores, cum eis vna tantum vox ex fundatione, & dotatione obueniat, quippe quia iuspatronatus huiusmodi quæsierunt eo mo-

38 do, quòad dotationem concurrissent, & cum ad dotationem huiusmodi iure repræsentatiuo vti heredes, & filij Lucretiæ matris bona communicauerint, procuLdubio est, eos vnam tantum vocem ex hac bonorum collatione adeptos esse. Rosam vero, Iuliam, & Mariam d. Lucretiæ sorores, similiter pro sua parte ad dotationem huiusmodi concurrentes, suam quamque vocem acquisiuisse; & cum D. Camassa sit præsentatus à d. Rosa, & ab Andrea Melica filio, & herede d. Mariæ, iam euidens est, ipsum esse à maiori parte patronorum præsentatum, atque adeo instituendum. Quod autem iure repræsentatiuo fratres prædicti de Stephani concurrerint, satis apertè liquet ex eodem Instrumento ibi: *filys quondam Lucretiæ Linella.*

Et quando fratres prædicti validè infra legitima tempora præsentassent, & ipsi quilibet vocem suam haberent, & successiuè maiorem partem patronorum constituerant, adhuc D. Camassa anteponendus est, & de illorum præsentatione vlla esset habenda ratio, cum præsentauerint non seruata qualitate fundationis; nam fundatores apertè disposuerunt, quod ad huiusmodi beneficium eligatur, & præsentetur Sacerdos, siue Clericus proximior, & intra eundē gradum proximitatis sapientior, & cum D. Camassa, firmata vt supra paritate gradus, sit Sacerdos, est successiuè Ioan-

39 ni anteferendus, & quia prior vocatus, Sacerdos, ordine scripturæ attento *Rota decis.* 92. *n.* 26. *par.* 8. *recent.* & quia sapiē-

40 tior Ioanne, qui adhuc puer, & laicus, quo casu superabundare probationem idoneitatis, cum agatur de simplici beneficio, tenuit *Rota decis.* 87. *n.* 16. *par.* 7.

41 *recent.* quòd autem à D. Iulius Antonius Camassa sit actu Sacerdos, constat, tum ex enunciatiua in Instrumento præsentationis, tùm ex litteris patentibus Ordinarij exhibitis, ex quibus satis constare tenuit *Rot. loc. cit.*

Excludebatur demum Ioannes, quia non fuit tempore habili præsentatus, & sine præsentatione se opposuit, quando erat omninò præsentandus, attenta fundatorum mente, ex instrumento fundationis apparente, ibi: *elegano, e debbano elegere*, vnde apparet necessitas, qua tenebatur, vt se præsentari curaret.

Præterea quia laicus se opposuit, & post publicata testium dicta, fuit etiam laicus præsentatus, quæ præsentatio de iure non subsistit, præsertim in casu, in quo præsentatus debet esse Sacerdos, vel Clericus actu, non habitu, vt apertè colligitur ex verbis fundationis ibi: *eligano, e debbano eligere, vn Sacerdote, ò Clerico*, ex quibus verbis clarè patet, enixè voluisse fundatores prouidere de Sacerdote actu, siue Clerico, non verò habitu, & paulo inferius, *e non essendoui Sacerdote, ò Clerico delle loro famiglie possano elig-*

42 *gere, chi vorranno*, qualitas enim, adiecta verbo, debet verificari secundum tempus verbi *l. in dictis §. extraneus ff. de noxalib. Moludan decis.* 25. *n.* 1. *de præbend. Cassador. decis.* 15. *n.* 1. *eod. tit. Gratian. discept. for. cap.* 800. *n.* 11. *circa medium*, vbi

43 in terminis dicit, quòd quando testator usus est illis uerbis *che sia deputato vn Sacerdote*, prout in casu *debano eligere vn Sacerdote*, tunc huiusmodi qualitas Sacerdotij, adiuncta uerbo depurato *eligere*, operatur, ut pernecesse uerificatio illius conueniat de tempore uerbi, ut scilicet Sacerdos actu sit, non habitu *cap. nemo vbi glos. verbo Sacerdotis de elect. in 6.* plures relati à *Pyrrho Corrad. in prax. beneficiar. lib. 2. cap. 10. n.* 103. *& seq.* quòd adeo uerum est, ut nisi præsen-

44 tetur actu Sacerdos, uel Clericus de tempore præsentationis, per prius iam existens, præsentatio nulla sit, etiam si statim promoueri possit, ne recedatur à

45 uerbis fundatoris, quæ de forma omninò seruanda sunt *Rota decis.* 207. *n.* 2. *par.* 3. *recent. Corrad. ibid. n.* 117. Ex uel maximè quia agitur de iurepatronatus laicali, à laico fundato, qui eam legem de tempore fundationis apposuit, quàm apponi eo tempore posse, ait *Corrad. ibid. n.* 119. unde necessario præsentandus est Sacerdos actu de tempore præsentationis, nec satisfit dispositioni; etiam si præ-

46 sentatus in ætate sit constitutus legitima ad Sacerdotium, cum non ætas, sed Sacerdotium prærequiratur, quare non iuuat, si superueniat *Addit.* ad *Grat. decis.*

Mar-

Mirib. 198. *n.* 3. vbi plures allegantur.

4 Nec requiritur, quòd dispositio conci-piatur per verba negatiua, videlicet, non valeat electio, vel præsentatio, nisi de actualiter constituto in Sacerdotio, sed sufficit, quòd verba respiciant tempus, & actum præsentationis ad hoc, vt qualitas, requisita contemporaneè ad actum præsentationis, existere debeat, vt loquitur *Corrad. ibid. num.* 120. *verſ. &* *quamuis.*

Et ità fuit resolutum, vtraque parte acerrimè informante. Causa verò per appellationem ad S. Sedem Apostolicam deuoluta, fuit hæc sententia semel, atque iterum confirmata, & ad S. Rotæ Auditorium introducta, ibi adhuc pendet indecisa.

ARGVMENTVM.

Iuramentum suppletorium in quibus casibus deferendum sit.

SVMMARIVM.

1 *Semiplena probatio sufficit ad effectū, vt intret Iuramentum suppletoriū.*
2 *Testis vnicus omni exceptione maior plusquam semiplenè probat.*
3 *Testis vnicus, fide dignus, deponens de facto proprio, plenè probat.*
4 *Iuramentum suppletorium non denegatur in causis modici momenti.*
5 *Iuramentum suppletorium in profanis non denegatur, quando plusquam semiplenè probatum est, etiam si causa sit magni momenti, & actor est bonæ opinionis.*

PLACITVM XVII.

Cvm N. Ruua peteret à R. Abb. N. Canonico summam scutorum decem, debitam sibi vti hæredi sui fratris creditoris, & non probasset plenè suam intentionem, institit pro Iuramento suppletorio, dubitabatur, an esset huiusmodi Iuramentum actori deferendum? & fuit affirmatiuè decisum, probauerat enim suam intentinnem plusquam semiplenè,
1 & satis esset semiplena probatio plures apud *Ridolphin. in prax. lib.* 2. *cap.* 4. *nu.*
2 139. probat namque suam intentionem per depositionem Notarij Caroli Seueriui, testis omni exceptione maioris, quātum attinet ad eius existimationē *Lau-*
3 *rent. decis. Aueuion.* 105. *n.* 3. & quia de-
4 ponit de facto proprio, & fide dignus est, & deponit de actu, de quo fuit rogatus, licèt rogitum publicum non confecerit, plenè probat, vt tenuit *Rota* vbi *sup.*
4 Eò vel maximè quia agitur de causa modici momenti, in qua iuramentum suppletorium non denegatur, plures cumulati per *Ferentill. ad Buratt. decis.* 2 66. *n.* 12. quinimò cum simus in profanis, & probatum sit plusquam semiplenè, & persona actricis, cui iuramentum deferendum est, optimæ est existimationis, ei denegandum non est, etiam si causa sit magni momenti *Ridolphin.* & apud ipsum alij *loc. cit. n.* 150. *& seq.*

Et ità &c.

ARGVMENTVM.

Iuspatronatus relictum pluribus, quando pro virili relictum intelligatur? & relicto pluribus vti singulis, qualiter possit vnusquisque præsentare?

SVMMARIVM.

1 *Præsentatus à maiori parte patronorum est instituendus.*
2 *Voluntas disponentis omninò seruāda est.*
3 *Hæredes comprehensi nomine collectiuo succedunt in Iurepatronatus in stirpes.*
4 *In iurepatronatus acquisito pluribus, vt singulis, decedentibus authoribus, fit præsentatio in stirpes.*
5 *Iuspatronatus relictum quinque personis nominatim, & deinde earum descendentibus, tunc voces illæ non multiplicantur ad multiplicationem descendentium.*
6 *Præsentatus à maiori parte patronorum primò vocatorum est instituendus, non attenta maioritate descendentium.*
7 *Præsentatio facta ab hærede, qui in alio beneficio præsentauit vt hæres, sustinetur, etiam si antea renunciasset hæreditati.*
8 *Hæres suus, qui refutauit hæreditatem, potest renunciationem reuocare, & succedere.*

PLACITVM XVIII.

Anteferendum esse R. D. Ioannem Baptistam Vernicchio de Parabita R. D. Do-

Donato Antonio Tollemeto Theologo, & Primicerio huius Cathedralis Neritonen.& R. D Iosepho Pelemonio eiusdem Ciuitatis in assequutione simplicis beneficij sub inuocatione Immaculatæ Conceptionis Beatissimæ Virginis Deiparæ MARIÆ, fundati per q. Notarium Franciscum Funtò, vti præsentatum à
1 maiori patronorum; habet enim pro se semissem totius patronatus, concurrente alio semisse ad fauorem d. D. Donati Antonij pro quadrante, & pro alio quadrante ad fauorem dicti D.Iosephi, consequenter est instituendus *per tex. in cap. quoniam, de iurepatr. notat. in Clementin. plures de iurepatronatus Rota decis. 280. n. 1. par. 7. recent. & decis. 275. n. 1. & decis. 2. n. 4. ead. par. 7. recent.*

Quòd autem D. Ioannes Baptista habeat pro se dimidium patronorum, & sic maiorem partem respectu singulorū concurrentium, iam patet euidenter, quia præsentatus est à Iulia Antonia Zolla filia, & hærede Petri, ad cuius fauorem Franciscus Funtò fundator reseruauit iuspatronatus pro medietate; & pro alia reseruauit ad fauorem descendentium masculorum ex linea q. Paduani, & Aloysij Funtò iam defunctorum, & cuiuslibet ex eis hæredum, & successorum de linea masculina tantum; & cum linea Aloysij fuerit iam extincta, quicquid sit, an in locum huius subintret proportionabiliter hæres cum linea Paduani ad summū euincitur, iuspatronatus huiusmodi pro hac medietate totū peruenisse ad lineam Paduani, ex quo per Franciscum filium descendunt Io: Dominicus, & N. fratres; ex Ioanne Dominico Alexander filius qui præsentauit D. Iosephum, & ex Francisco Antonio Gregorius, Ioannes Thomas, & Franciscus fratres, qui præsentauerunt d. D. Donatum Antonium; ad hos tātum pertinere iuspatronatus pro hac medietate, videtur esse manifestum.

Tota difficultas reducitur ad modū supputandi pertinentiam huius medietatis patronatus ad huiusmodi descendentes, prætendit enim D Donatus Antonius patronatum huiusmodi pro hac parte esse merè gentilitium, illudque pertinere ad descendentes sanguinis, ac proinde supputationem faciendam esse ad capita, & voces ad numerum descendentium multiplicari; nam si esset gentilitium, cum ex Francisco Antonio descendant tres, qui præsentant d. D. Donatum Antonium, & ex Ioanne Dominico vnus Alexander, qui præsentat D. Iosephum, maior pars videtur stare pro D. Donato Antonio, & consequenter tota medietas esset pro ipso: si vero, vt ex aduerso prætenditur, patronatus huiusmodi esset hæreditarius cum qualitate descendentiæ, & lineæ, ac propterea computatio fieret, vt hæreditaria, pro vtroq; esset solum quadrans totius assis.

2 Et in hoc consideranda est forma præscripta in fundatione, & dispositione fundatoris, cuius voluntas omninò seruanda est §. *disponat auth. de trien. & semiss.* etenim Franciscus fundator per hęc verba in fundatione, quòad pertinentiam Iurispatronatus, disposuit: *Et insuper prædictus Notarius Franciscus eodem donationis titulo irreuocabiliter inter viuos donauit ius eligendi, & præsentandi Rectorem, & Capellanum in Oratorio prædicto quoties vacare contigerit, salua tamen prædicta electione primi, & secundi Capellani in personam dictorum Diaconi Paduani, & D. Vespesiani per eum modo, quo supra, facta, seu facienda post mortem omnium prædictorum antè mortem ipsius Notarij Francisci, & alteram medietatem omnibus de familia de Funtò ex genere masculino tantum, & descendentibus ex linea q. Paduani de Fūtò, & q. Aloysij de Fūtò, & cuiuslibet ipsorum hæredibus, & successoribus ex genere masculino tantum in perpetuum.* Ex quibus verbis clarè patet voluisse fundatorem donare iuspatronatus omnibus, qui tunc aderant, de familia q. Paduani, & Aloysij, quibus tantum censetur quæsitum iuspatronatus pro virili, & in capita, non secùs ac si nominatis, distinctis nominibus vocati fuissent, ipsis vero decedentibus, hæredes
3 cuiuslibet eorum, & successores, tanquam comprehensi sub nomine collectiuo plurium graduum, & non proprio ordine successiuo, secundum gradus prærogatiuam vocati censentur *Rota*
4 *decis. 2. n. 2. par. 7. recent.* & cum Iuspatronatus huiusmodi sit acquisitum pluribus, vt singulis, & non vt vniuersis, præsentatio non fit in capita, habita ratione omnium descendentium, sed in stirpes, ab vnoquoque ex vocatis prouenientes, attenta maiori parte concurrentium ad illam vocem *Rota ibid. n. 4. 5. & 6.*

Et ità seruatum esse apertè colligitur ex vltimo statu huiusmodi beneficij,

quan-

quando Io: Franciſcus, Thomas,& Gregorius Funtò fratres præſentauerunt ſequuta inſtitutione D. Io: Donatum Funtò, vti filij,& hæredes Franciſci Antonij.

Vnde nihil releuat examinare qualitatem iuriſpatronatus huiuſmodi, an ſit hæreditarium, an familiare, ſeù gentilitium ad effectum dignoſcendi,quomodo vocati intrent ad præſentandum in capita,vel in ſtirpes;nam quicquid eſſet dicendum pro firmanda hac qualitate, quòad deſcendentes ab vtroque vocato; cum in caſu non agatur de concurſu habentium voces particulares, nihil refert, quòd deſcendentes veniant in capita,aut in ſtirpes inter ſe reſpectu cu-
5 iuslibet lineæ, quando certum eſt, quòd voces eorum, qui primi vocati fuerunt, nempè Io: Dominici, & Franciſci Antonij multiplicari non poterunt, etiam ſi mille eſſent deſcendentes ex quolibet ex
6 vocatis primò; ſed omnes illi concurrunt in totum, vel pro maiori parte ad integrandam illam vnam vocem *Rota ibid. n.* 10. & conſequenter ſufficit, ad obtinendam adiudicationem beneficij huiuſmodi;habere maiorem partem vocum illorum,qui primò ſunt vocati,quãuis eorum cuiuslibet deſcendentes inæqualiter multiplicentur *Rota ibid.n.*11.

Nec obſtat exceptio data de renunciatione hæreditatis paternæ dictæ Iuliæ Antoniæ; nam primò non apparet, niſi per quoddam exemplum aſſumptum ex exemplo procurationis, & mandati ad renunciãdum,in Tribunali Reu.Fabricæ S.Petri de Vrbe præſentato, nec apparet de legalitate; Secundò quando adhuc verum eſſet huiuſmodi mandatum, ſolum datum fuit, ad renunciandum hæreditati Abbatis Petri cuius Iulia Antonia, præſentans Io: Baptiſtam, non eſt hæres, nec de illius hæreditate, ad hunc effectum impertinente, agitur, ipſa namque filia eſt, & hæres Petri,cui nunquam renunciaſſe videtur. Tertiò data etiam valida dicta renunciatione, ab ea receſſit, præſentando tanquam hæres dicti Petri in alio beneficio, ſequuta inſtitutione,prout in terminis;ſufficere ad hũc effectum præſentationem factam in alio beneficio, tenuit *Rota* poſt *Viuian.de Iurepat. deciſ.* 120. *n.* 20. & cum ſimus in
8 ſucceſſione ſuorum, benè potuit renunciationem reuocare *textus eſt in l. ſi quis ſuus recuſauerit* 6. *C. de repud. vel abſtin. hæred.* intra tempus à iure permiſſum.

Et in omnem euentum ſi huiuſmodi renunciatio officeret Iuliæ Antoniæ prædicti, Alexander, & alij fratres de Funtò omninò à præſentando arcendi eſſent,quos vehementior & ſolemnis renunciatio paternæ hæreditatis emiſſa coram Iudice competenti,repellit.

Et ità omnibus informantibus,&c.

ARGVMENTVM.

Inſtitutio in Iurepatronatus quando denegari non poſſit.Præſentatus à maiori parte præſentantium, quando ſit inſtituendus,& quando requiratur maior pars habẽtium Ius? Voces quomodo cõputandæ? Patroni laici poſſunt cumulatiuè variare? Præſentatio lite pendente quando ſuſtinetur?

SVMMARIVM.

1 *INſtitutio in iurepatronatus quando deneganda non eſt.*

2 *Vacatio beneficij dicitur ſufficienter iuſtificata,quando vterque collitigans venit ex eadem vacatione.*

3 *Exiſtentia Iuriſpatronatus per inſtrumentum erectionis, & dotationis probatur.*

4 *Titulus quinis melior ex centinaria allegari poteſt.*

5 *Exiſtentia iuriſpatronatus lenioribus probationibus probatur, quando Ordinarius non eſt in cauſa.*

6 *Confeſſio partis probat tàm exiſtentiam, quàm pertinentiam iuriſpatronatus.*

7 *Præſentatus ab exiſtente in quaſi poſſeſſione præſentandi, vel à deſcendentibus ab eo,eſt inſtituendus.*

8 *Habilitas præſentati iuſtificata dicitur eo ipſo ſi non controuertitur.*

9 *Præſentatus ab eo, qui deſcendit ab exiſtente in quaſi poſſeſſione, eſt inſtituendus.*

10 *Patroni laici intra quadrimeſtre præſentare tenentur.*

11 *Præſentationes,facta durante quadrimeſtre,legitimæ ſunt.*

12 *Maior pars vnius vocis ſuffocat minorem.*

13 *Habens maiorem partem ſtipitis vnius*

pro se, dicitur habere totum stipitem, etiam contradicente minore parte.

14 *Habens maiorem partem vnius vocis dicitur esse in pari cum habente aliam vocem, & est locus gratificationi.*

15 *Maior pars patronorum præsentantium sufficit, ad obtinendam institutionem in iurepatronatus particularium.*

16 *In iurepatronatus Collegij, siuè vniuersitatis, non sufficit maior pars præsentantium, sed requiritur maior pars habentium ius.*

17 *Maior par absorbet minorem, & est in pari, etiam si minor pars adhæreat alteri voci.*

18 *Voces tot sunt, quot ab initio sunt constitutæ à fundatore.*

19 *Præsentatio fit in stirpes ab vnaquaque voce, quando veniunt vt diuersi.*

20 *Multiplicatio descendentium ab vnaquaque voce, iuuat ad integrandam vocem illam, si omnes, siuè maior eorum pars concurrat.*

21 *Successio in capita in huiusmodi Iurepatronatus conduceremi tantum, vt descendentes omnes ex illa voce admitterentur ad præsentandum, non autem, vt minor pars vnius componat eum alia voce.*

22 *Patronus laicus, iurans non variare, nec alium præsentare, tenetur seruare iuramentum.*

23 *Patroni laici possunt variare cumulando.*

24 *Patroni laici possunt præsentare cumulatiuè, non obstante iuramento præstito coram Notario.*

25 *Iuramenta recipere, est actus iurisdictionis, quàm Notarij in regno non habent.*

26 *Patroni laici non possunt lite pendente, ne cumulatiuè quidem, præsentare.*

27 *Præsentatio, facta lite pendente in collitigantem, sustinetur.*

28 *Præsentatio, lite pendente facta in collitigantem, valida est, præsertim si per eam facilior redderetur litis exitus.*

29 *Decisio* S.R. Romanæ 295.n. 8. par 6. recent. *quomodo procedat.*

30 *Præsentatio de absente est inualida, etiam si persona nota sit instituenti.*

31 *Siuè Ecclesia sit Parochialis.*

32 *Siuè beneficium simplex.*

33 *Præsentatio de absente dicitur nominatio, nec tribuit ius aliquod præseruabile, aut considerabile.*

34 *Præsentatio de absente, ac si facta non esset, non impedit præsentationem, neque variationem.*

PLACITVM XIX.

CVm vacaret simplex Beneficium Ecclesiasticum sub inuocatione S. Leonis, sistens intus insignem Collegiatam Ecclesiam Terræ Galatonæ, huius Neritonen. Diæcesis per contractum matrimonij à Francisco Antonio Megha V. I. D. vltimo illius possessore, ad illud fuerunt præsentati Clericus Dominicus Antonius de Ferrarijs à quibusdā patronis, & ab alijs D. Ioannes Baptista Michieli de d. Terra Galatonæ; concurrentibus ex his quibusdam ad præsentandum etiam d. Dominicum Antoniū. Causa instructa dubitabatur, cuinam esset huiusmodi beneficium adiudicandum? Et fuit decisum ipsum Clericum Dominicum Antonium anteferendum esse d.D.Ioanni Baptistę in assequutione huius beneficij, probat enim vacationem beneficij, existentiam, & pertinentiam iurispatronatus, præsentationem intra legitima tempora, ac demum sui
1 ipsius habilitatē, quibus concurrentibus institutio non solet denegari, *cap. decernimus cap. Monasterium 16.q.7.cap. cum Bertoldus vbi Abb.n.* 12. *de re iudic. Rota decis.* 337.*n.*1.*par.*2.*recent. & decis.* 87.*n.* 1.*par.* 7. *recent.* & in impressis per *Emin. Card. Ottob. decis.* 263.*n.* 1. vbi aliæ allegantur.

2 Vacatio namque sufficienter iustificabatur ex eo, quia vterq; præsentatus, & collitigans venit ex eadem vacatione *Rota coràm Card. Otthon. decis.* 135. *n.* 1. *decis.* 140.*nu.*12. *& decis.*263.*nu.* 2. inter eius impressas, & in *recent. decis.*87.*n.*7. *par.*7.*& decis.*446.*n.*2.*par.*9.*tom.*2.

3 Existentia huiusmodi iurispatronatus abundantissimè probatur ex instrumento dotationis, & erectionis, qui modus probandi iuspatronatus per instrumentum erectionis, & dotationis in iure melior dari non potest *cap.* 3. *vbi glos. verb. fundatoris, & cap. nobis de iurepat. Gonzal.ad regul.*8. *Cancell. glos.* 18. *n.*32. *Garz.*& alij apud *Rotam d. decis.* 87.*n.*3. *par.* 7. *recent.* concurrit etiam confessio alterius partis, & centinaria quasi pos-
4 sessio præsentandi, ex qua sufficiens titulus allegari potest *Cassador. decis. de*
5 *probat. Rota d.decis.*87.*n.*6. præterea cum Ordinarius non sit in causa, & lis non sit cum possessore, tanquam de libero, sed incidenter, leuior probatio sufficeret ad effectum institutionis *Rot. in cit. decis.*87. *n.*8.

n. 8. at re vera exiſtentia iuriſpatrona-
tus in prẹſenti iuſtificata cenſenda eſt.
6 Pertinentia vero huius patronatus ad
patronos prẹſentantes Dominicum An-
tonium pars ipſa fatetur, ex qua confeſ-
ſione ſufficienter probata remanet tàm
pertinentia, quàm etiam exiſtentia pa-
tronatus *Rota deciſ.5.n.1. par. 9. tom. 1.*
7 *recent.* & omnes præſentantes ipſum
Cler. Dominicum Antonium, vel ſunt in
quaſi poſſeſſione præſentandi, vel deſcen-
dunt ab exiſtentibus in quaſi poſſeſſio-
ne huiuſmodi, & vlterius deducunt deſ-
cendentiam à primis patronis, quibus
primò fuit hoc iuſpatronatus à funda-
tore reſeruatum *Rota d. deciſ.* 87. *n.* &
alibi paſſim.
8 De habilitate, & idoneitate ipſius
Dominici Antonij non controuertebá-
tur, vnde iuſtificata cenſebatur *Rota pe-
nè Card Ottbob.d.deciſ.263.n. 1.* & præ-
terea de Clericatu liquebat ex litteris
Ordinarij Epiſcopi promouentis *Rota
deciſ.259.n. 15. & deciſ. 305. nu.3.par.9.
tom.1.recent.*

Præſentationes autem factæ ad fauo-
rem Clerici Dominici Antonij, legitimæ
habitæ ſunt, quandoquidem ex præſen-
tantibus, vt dictum eſt, vel ſunt in quaſi
poſſeſſione, vel deſcendunt ab exiſtenti-
bus in quaſi, & deſcendentia probatur
9 à primis patronis reſeruaratijs, & ad
effectum obtinendi inſtitutionem, ſufficit
probare, præſentantem deſcendere ab
vltimo, qui ad beneficium huiuſmodi
præſentauit *Rota deciſ.436.n. 15. par. 9.*
10 *tom. 2. recent.* omnes item huiuſmodi
præſentationes factæ ſunt infrà tempus
quadrimeſtre, à iure patronis laicis con-
ceſſum ad præſentandum, *cap. quoniam
de iurepat.* vnde legitimæ habendæ ſunt:
11 conſtat enim d.Franciſcum Antonium
Megha contraxiſſe matrimonium die
ſecundo Iunij 1669, & præſentationes
apparent factæ de eodem menſe, de men-
ſe Iulij, & Septembris, non dum tamen
elapſo quadrimeſtre *Rota d. deciſ. 446 n.
16.par.9.tom.2.recent.*

Quòd autem fuerit à maiori parte
patronorũ præſẽtatus, liquet ex eo, quòd
ex quatuor vocibus, ſeù portionibus
duæ integræ concurrant ad ipſius fauo-
rem, & ex reliquis duabus vocibus, pa-
troni vnius vocis præſentauerunt cumu-
latiuè, ſucceſſiuè tamen vtrunque, & eo-
dem modo patroni, deſcendentes ex
quarta portione, præſentauerunt cumu-
latiuè vtrumque collitigantem, vnde
benè liquet, prædictum Clericum Domi-
nicum Antonium eſſe præſentatum à
maiori parte patronorum, quin potius
ab omnibus; habet enim pro ſe duas vo-
ces integras, reliquæ verò duæ tantũ ei-
dem ſuffragantur, quantũ D. Io: Baptiſtæ
præſentato, adeo vt, quemadmodum dici
poſſet præſentatus D. Io: Baptiſta ab ip-
ſis, ità pariter Dominicus Antonius, &
vterque benè poterit pro ſe integra ſuf-
fragia dictarum vocum aſſumere.

Nec refragatur, quòd aliqui ex patro-
nis deſcendentibus ex Tarquinio de Fer-
rarijs, & Leonardo fratribus (quibus no-
minatim cum Io: Paulo, & Maria, fratre,
& ſorore pro quarta parte, ſeù voce cui-
libet fuerat iuſpatronatus à fundatore
quæſitum) præſentauerint etiam ipſum
D. Io: Baptiſtam, quia cum ex ipſis pa-
tronis maior pars præſentauerit Domi-
nicum Antonium, hæc ſuffocat, & abſor-
bet minorem partem præſentantium Io-
12 annem Baptiſtam; maior enim pars
concurrentium in vna voce ſuffocat mi-
norem *Rota deciſ. 452. nu.4. apud S. M.
Greg. XV. & deciſ.70.n.7.& ſeqq. par.8.
recent.* contradictione minoris partis
præſentantium Io: Baptiſtam non ob-
13 ſtante; quia, qui habet maiorem par-
tem concurrentium, ſeù ſuffragiorum
vnius ſtipitis, dicitur habere totum ſti-
pitem, etiam contradicente minore *An-
not.ad d. deciſion. 452. n.22. Rota deciſ.2.
n. 9. par. 7. recent.* & concurrit cum ha-
14 bente aliam vocem in pari; adeò vt lo-
cus ſit gratificationi cæteris paribus
Annot.ad d.deciſ. 452.n.22.cit.
15 Et hæc maior pars, nedum eſt maior
reſpectu præſentantium quòd ſufficeret
ad effectum obtinendi inſtitutionem,
cum agatur de iurepatronatus particu-
larium, in quo maior pars præſentãtium
16 ſatis eſt, licèt ſecùs eſſet in iurepatro-
natus Collegij, ſiuè Vniuerſitatis, in quo
requiritur maior pars omnium ius ha-
bentium *Rota deciſ.443.n. 19. in impreſſ.
per Merlin.* ſed eſt etiam maior reſpectu
omnium ius habentium; Nam N. Zucca-
ro fundator inſtituit ſuos hæredes Io:
Franciſcum, Io: Paulum, Leonardum, &
Mariam de Ferrarijs ſuos nepotes, eiſ-
que iuſpatronatus proportionabiliter
reliquit Ex Io: Franciſco ſunt progeniti
Tarquinius, Octauius, Veſpaſianus, &
Troianus Ex Tarquinio deſcendunt Io-
ſeph, & Tarquinius, ac Franciſcus Gor-

goni ex Maria filia nepotes, qui præsentant Dominicum Antonium, descenduut etiam Thomas Piccinno, & Octauius, & Io: Baptista Maluindi de Messapia ex Minerua, altera filia præsentantes D. Io: Baptistam: descendit etiam Ioseph Sizzara, pronepos ex Victoria alia filia, qui præsentauit vtrumque cumulando successiuè Octauius, decedens sine liberis, instituit sibi hæredem Vespasianum, ex quo descendit Lucretia Antonia Zolla, & sorores neptes ex Marfisa filia, quæ præsentauerũt Dominicũ Antonium: Ex Traiano descendunt D. Camilla, & Francisca Antonia de Ferrarijs, neptes ex Francisco filio, & præsentant D. Io: Baptistam; vnde liquet, ex istis quatuor partibus vnius vocis Dominicum Antoniũ habere duas partes integras Octauij, & Vespasiani per Zollam, & ex quarta parte Tarquinij habere duas portiones ex tribus, Mariæ scilicet, & Mineruæ, ac propterea successiuè totam vocem ex allata doctrina, quòd maior pars concurrentium ad vnam quamque vocem suffocat minorem, etiam si minor concurreret cum altera voce *Rota decis. 2. n. 6. par. 7. recent.*

Ex Leonardo descendunt tres filij, videlicet N. ex quo progignitur Marcus Antonius de Magistris, præsentans Dominicum Antonium N, ex quo descendunt Zacarias, & ipse Dominicus Antonius fratres, nepotes, item Tarquinia de Ferrarijs, & Laura de Ferrarijs præsentantes ipsum Dominicum Antonium, & N. tertius filius, ex quo descendunt Io: Leonardus, & Marcus Antonius, & N, ex quo oritur Io: Iacobus de Ferrarijs, & ex hoc descendunt Franciscus, & ipse D. Io: Baptista Michieli per N. filiam præsentantes omnes ipsum D Io. Baptistam: Et hinc etiam liquet Dominicum Antonium habere integram hanc vocem, cum ex tribus partibus habeat pro se duas integras.

Ex Maria descendunt Dianora Buia, Angelus, Antonia, Franciscus Antonius, & Iacobus Buia, qui primò præsentarũt Io: Baptistam, & deinde cumulando Dominicum Antonium, vndè hæc præsentatio est pro vtroque, data facultate à iure Episcopo instituendi, quem maluerit, non secùs ac si solus fuisset præsentatus.

Ex Io: Paulo demum descendit Nicolaus Maria de Ferrarijs, quem donasse prætenditur huiusmodi iuspatronatus D. Dominico ab Alexandro, accedente assensu Ordinarij; non autem apparet ipsum effectiuè præsentasse, sequuta institutione, & præsentatio ad fauorem Clerici Francisci Antonij Megha V. I. D. vltimi possessoris reddebatur turbida; nam non videbatur potius sequuta ad præsentationem dicti D. Dominici institutio, quàm ad præsentationem aliorum, de quorum Iure non controuertebatur. Præterea in vacationibus, sequutis post obitum d. Nicolai Mariæ, videntur admissæ Antonia, & Isabella eius neptes ex filia, quæ essent excludendæ, & non admittendæ, si ius patris ad donatarium translatum fuisset; & quando hæc vox integra esset, Io: Baptista iam vnam ex quatuor haberet.

Nec prætendi potest, plures constituendas esse voces, quia cum quatuor
18 tantum fuerint patroni, à fundatore nominati cum qualitate hæreditaria, eis tantum, & eorum hæredibus iuspatronatus quæsitum est, vt in fortioribus terminis de iurepatronatus familiari decidit *Rota in d. dec. f. 2. n. 1. par. 7. recent.* & propterea cum non veniant ad præsentandum, nisi vt diuersi, & tanquam vo-
19 ces distinctę, præsentatio fit in stirpes, ab vnoquoque ex vocatis prouenientes, & in huiusmodi præsentatione attenditur concursus maioris partis concurrentium ad vnamquamque vocem; adeò vt maior pars vnius vocis suffocat minorem, etiam si minor cum altera voce concurrat *Rot. d. dec. f. 2. r. 6. par. 7. recent.* vbi firmatur hoc procedere, etiam si iuspatronatus esset familiare; & cum certum sit quatuor tantum esse voces, non possunt esse multiplicari, etiam si plures descenderent ab vno ex vocatis, quàm
20 ab alijs sed tantum considerantur ad integrandam illam uocem, uel in totum, si omnes concurrant, uel pro maiori parte, ad hoc ut præsentatus dicatur habere illam uocem *Rota d. decis. 2. n. 8. &*
21 *seqq. par. 7. cit.* & solum conduceret successio in capita respectu cuiusque legatarij, & vocis, vt descendentes ex illa voce omnes admitti possint ad præsentandum in illa voce tantum; non autem quòd minor pars vnius vocis componat cum alia voce, vt apertè resolnit in *d. decis. 2.*

22 Nec obstat, quòd descendentes ex Maria præsentauerint D. Io: Baptistã, & iu-

iurauerint non variare, nec alium præsentare *cap.* mulieri *de Iureiur. Rota in Compostellana Parochialis coram Merlino, quæ inter eius impressas est* 443.

Quia ex dictis patronis descendentibus ex Maria, quidam, vt sunt Angelus, & Antonia Buio fratres, præsentauerunt D. Io: Baptistam cum facultate expressa alterum præsentandi reseruata; & alij post datum mandatum ad præsentandum, & iuramentum subsequutum, subiunxerunt per caput distinctum (*promittentes non variare, nec alium præsentare*) solus Iacobus Buio expresse iurauit non variare, nec præsentare, nè cumulatiuè quidem.

Præterea quando omnes iurassent
non cumulare, non exinde prohiberen-
23 tur variare cumulando, prout de iure
patronis laicis conceditur *cap. cum autem de iurepat. Barbos. de offic. & potest.*
Episc. par. 3. alleg. 72. n. 161. & seq. Antonell. de regim. Eccl. Episcop. lib. 3. cap 6. n.
24 60. sed adhuc possent alium cumulatiuè præsentare, Iuramento huiusmodi nō
obstante, quia Iuramēta, per dictos præsentantes præstita in eorum mandatis,
fuerunt solum præstita coram Notario,
25 & cum recipere iuramenta sit actus iurisdictionis *Rota decis. 655. n. 2. par. 2. recent. Annot. ad Greg. XV. decis. 368. sub n. 9. Rota decis. 181. n. 15. par. 9. tom. 1. recent.*
& Notarij Regij nullam habent in Regno iurisdictionem, vt propterea adijciatur in instrumentis Iudex cartularius, sequitur euidenter iuramenta huiusmodi non obligare, ac si adiecta non fuissent.

Minus obstat, quòd huiuscemodi descendentes ex Maria præsentauerint Dominicum Antonium, lite pendente inter
26 ipsum, & D. Io: Baptistam, quia lite
stante patroni, ne cumulatiuè quidem præsentare possent *cap. 1. vt lite pendent. Ricc. in prax. par. 3. resol. 461. Antonell. loc. cit. n. 63.* adeò vt neque collitigantem, aliàs ab alijs præsentatum, possint præsentare *Rota decis. 295. nu. 8. par. 6. recent.*

27 Quia cum huiusmodi præsentatio
fuerit facta in collitigantem, sustinendā esse censuit *Rot. decis. 443. inter impressas*
28 *coràm Merlino n. 3.* Præsertim quia per
hanc nouam præsentationem facilior euaderet exitus, & finis litis, atq; adeò cessat finis *textus in cap. 2. vt lite pendent.* qui erat, ne finis, & exitus litis redderetur difficilior, & diutius differretur *Rota ibid. n. 3. Ferentill. ad Buratt. decis. 942.*
29 *n. 8.* Præsentatio verò in collitigantem
fuit *in d. decis. 295. n. 8. par. 6. recent.* reiecta, non ex eo quòd facta fuit in collitigantem, sed quia facta ab eis, qui ius nō habebant, vnde facta in collitigantem his acrioribus inuoluebatur difficultatibus, & diutius protrahebatur.

30 Addebatur, quòd de præsentatione
facta ad fauorem D. Io: Baptistę, nulla erat habenda ratio, tanquam facta de absente, & adhuc absente, quæ inualida est *Rota apud S. M. Greg. XV. decis. 34. n. 1.* etsi nota sit Ordinario persona pręsentata, quòad litteraturam, adeò vt exa-
31 mine non indigeat, siuè Ecclesia sit
Parochialis, vt tenuit *Rota in Regien. Prioratus coram Pāphilio 26. Iunij 1587. Garl. de benefic. par. 4. cap. 1. n. 22. Annot. ad*
32 *d. decis. Greg. n. 6.* siuè etiam beneficium
sit simplex *Garz. ibid. n. 24. ex dispositione*
33 *S. Concilij Trid.* Nec meretur huius-
modi præsentatio de absente nomen præsentationis, sed resoluitur in simplicem nominationem, per quām non quæritur nominato ius aliquid cōsiderabile, aut præseruabile *Lotier. de re benef. lib. 2. q. 6. n. 35.* & proinde censetur, ac si facta
34 non sit, vnde est, vt non impediat va-
riationem, siuè præsentationem *Lotter. loc. cit. n. 36. vers. quòd est maximè.*

Et itá fuit resolutum, vtraque parte acerrimè informante, &c.

ARGVMENTVM.

Institutio quando sit concedenda, & beneficium, quando dicatur Sacerdotale, & requirat Sacerdotiū de tempore præsentationis.

SVMMARIVM.

1 *INstitutio præsentati, quando deneganda non est.*

2 *Vacatio censetur probata, si vterque cōpetitor venit ex eadem vacatione.*

3 *Præsentatio quando reputetur legitima.*

4 *Iuspatronatus probatur per instrumentum fundationis, & dotationis.*

5 *Præsentationes, effectum sortita, per se sola sufficiunt, ad probandam existentiā iurispatronatus.*

6 *Præ-*

6 *Præsentationes continuatæ, & non interruptæ probant iuspatronatus.*

7 *Assensus Episcopi præsumitur interfuisse in reseruatione iurispatronatus ex lapsa centum annorum, sunctâ obseruantia.*

8 *Vltimus status in beneficialibus sufficit ad iustificandam pertinentiam, & præsentationem.*

9 *Quadrimestre datur de iure patronis laicis ad præsentandum.*

10 *Sacerdotium probatur ex instrumento præsentationis.*

11 *Presbyteri nomen, vulgari idiomate prolatum, conuenire potest etiam Clericis minorum ordinum.*

12 *Presbyteri nomen latina lingua expressum, accipi debet pro Sacerdote.*

13 *Geminatio verborum iadicat enixam disponentis voluntatem.*

14 *Verba (præsentare habeant, transeant de Presbytero ad Presbyterum) requirunt Sacerdotium de tempore præsentationis.*

15 *Qualitas, iniuncta verbo, debet verificari de tempore verbi.*

16 *Verba (celebret, vel celebrare faciat) non requirunt Sacerdotium actu in præsentato.*

17 *Lineæ appellatione comprehenduntur omnes descendentes tàm masculi, quàm fœminæ, & etiam descendentes fœminarum.*

18 *Linea incipiens à fœmina, fœminas descendentes comprehendit.*

19 *Vltimus status in beneficialibus attendendus est.*

20 *Vltimus status non attenditur, quando constat de anteriori, etiam si per duas vltimas collationes, & prouisiones alitèr seruatum sit.*

PLACITVM XX.

PEr obitum Cler. Stephani Bruno de Terra Cupertini vacabat simplex Beneficium Ecclesiasticum de iure patronatus laicorum, absque titulo fundatum per q. Erminiam Leanza de eadem Terra in suo vltimo Testamento, condito de anno 1644. die 27. Decembris, in quo post erectionem dicti Beneficij cum onere Missarum, & post nominationem primi Capellani hæc subtexuit verba: Et post ipsius Lupi Antonij mortem dicta bona, vt supra legata, iure legati trāseant cum dicta conditione, & onere celebrandi dictam Missam ad alium Presbyterum propinquiorem, superuenientem de linea ipsius Testatoris, vel de linea infrascriptorum Giliberti, Pauli, Præsciani, & Io: Antonij Bruni suorum hæredum, & successorum, & sic vadant, atque transeant bona prædicta, vt supra legata, de Presbytero ad Presbyterum vsque ad infinitum, cum d. conditione, & onere celebrandi dictam Missam in quolibet die Sabati in perpetuum, & casu perueniente, quòd post mortem ipsius Lupi Antonij, vel alterius successoris Presbyteri ex dictis lineis, nullus erit Presbyter ipsarum linearum, voluit, & mandauit dicta Testatrix, quòd prædicti Gilibertus, Paulus Præscianus, & Ioannes Antonius Bruni, suiq; hæredes, & successores in perpetuum eligere, & præsentare habeant alium Presbyterum, quem meliùs elegerint, ac velint, qui Presbyter celebrare habeat, seù faciat Missas &c. ad hoc beneficium fuerunt præsentati R. D Franciscus Guazzi Sacerdos, & subdiaconus Io: Maria Prence de eadē Terra, & dubitabatur, cui esset beneficiū huiusmodi adiudicandum? Et fuit D. Francisco adiudicatum; liquebat enim de existentia, & pertinentia iurispatronatus, vacatione, & idoneitate præsentati, & de præsentatione facta intra legiti-
1 ma tempora, quibus concurrentibus, institutio deneganda non est *cap. decernimus cap. Monasterium 16. q. 7. Rota decis. 87. n. 1. par. 7. recent.*

2 Vacatio Beneficij non controuertitur quandoquidem vterque præsentatus venit ex eadem vacatione per obitum d. Clerici Stephani Bruno *Rota decis. 544. n. 4 par. 4. recent. & decis. 446. nu. 2.*
3 *par. 9. tom. 2. recent.* sic etiam habilitas præsentati, & præsentatio infra quadrimestre concordi suffragio litigantium asseuerabatur *Card. Ottob. decis. 263. n. 1. inter eius impressas.*

Existentia verò iurispatronatus ex fundatione, & dotatione probata remanet ex instrumento donationis, cum assignatione bonorum pro dote sufficienti, & cum reseruatione iurispatronatus ad fauorem dictorum Giliberti, Pauli, Præsciani, & Io: Antonij Bruno de Cupertino, eorumque hæredum, & successorum,
4 qui modus probandi iuspatronatus per instrumentum fundationis & dotationis melior, & efficacior in iure excogitari non potest *cap. 3. vbi gless. in verbo fundatoris, & cap. nobis de iu. epat. Gonzal. ad reg.*

reg.8.Cancell.glos.18.n.32. Garz.de Benefic.par.5.cap.9.n. 38. Rota decis.167.nu.1. par.2.allegata in decis. 87.n. 3. par. 7. recent. cit. iunctis præsentationibus effe-
ctum sortiris institutionis, cum possessio-
ne sequuta per obitum immediatè insti-
tuti ab initio fundationis, vsque ad præ-
sens spatio centum annorum, & vltra;
fuit enim D. Lupus Antonius primus
institutus, post cuius obitum D. Rober-
tus Brunus, deinde D. Io: Vincentius
Caputus, cui successit D. Io: Antonius
Caputus, & exinde alij successiuè vsque
ad d. Cler. Stephanum vltimum institu-
tum, per cuius obitum ad præsens vacat;
5 quæ præsentationes per se solæ sufficiũt
ad probandam existentiam iurispatro-
natus *Rota d. decis 446.n.4.par.9. tom. 2.*
6 *recent.* accedente insuper continuata
successione effectuationum sine vlla in-
terruptione *Oltrad. cons. 229. n. 2.* quòd
sequitur *Rota decis.282.n.6.par.5. recent. Caualer.decis.547 n. 1. Rota d.decis.87.n. 6.par.7 & d.decis.446. n.5. par.9. tom.2.*
7 *recent.* vbi etiam *nu.6.* firmatur præsumi
interuenisse Episcopi consensum ex lap-
su centum annorum iuncta obseruantia
Rota decis.191.n.6.par 5.recent. & cum
lis sit inter præsentatos, & Ordinarius
non sit in causa, exigitur non rigorosa
iurispatronatus probatio.

Præsentatio verò existimanda est le-
gitima, & valida, tàm respectu præsen-
tantis, pertinentiæque iurispatronatus,
patet enim omnes præsentantes D. Fran-
ciscum descendere ex suis authoribus
reseruatarijs iurispatronatus, & in quasi
possessione præsentandi ipsos, siuè eorum
8 authores existere, qui solus vltimus actus
sufficeret ad validandam præsentationẽ
Greg. XV. d. c. f.452. n.10. Rota d.decis.87.
9 *n.12. par. 7. recent.* quàm etiam respectu
temporis quadrimestris, ad præsentan-
dum patronis laicis præfiniti; liquet
enim obitum vltimi possessoris cõtigisse
die .... mensis.... anni .... ac præsentatio-
nem sequutam esse die .... vnde remanet
sufficienter iustificata, testibus id ex-
pressè deponentibus *Rota d. decis. 87. n. 13. par. 7. recent.*
10 Concurrit denique habilitas ipsius
D. Francisci presentati; cum sit Sacerdos
enunciatus in Instrumento presentatio-
nis, & deponunt testes *Rota* in sæpè *cit. decis.87.n. 16.* & præterea sit solus ipse
Sacerdos, & Ioannes Maria Subdiaco-
nus, ex descendentibus nominatorum
fratrum de Bruno iuxta testatricis dis-
positionem ibi: *Et post ipsius Lupi Antony mortem dicta bona, vt supra legata, iure legati transeant cum dicta conditione, & onere celebrandi dictam Missam ad alium Presbyterum propinquiorem, superuenientem de linea ipsius testatricis, vel de linea supradictorum suorum heredum*; & paulò inferiùs, *de Presbytero ad Presbyterum vsque ad infinitum*; dictus vero Io: Maria Subdiaco-
nus tantum sit, meritò ei anteferendus
erat D. Franciscus actu Sacerdos.

Quòd autem hoc beneficium sit Sa-
cerdotale, & requirat Sacerdotium de
tẽpore actus presentationis, patet ex eo,
quòd testatrix voluit, bona transire
11 ad Presbyterum, quòd nomen, licèt
vulgari idiomare prolatum, conuenire
potiùs etiam Clericis minorum ordinum
cap. uestra, & cap. quispiam extr. de cohabit. Cler. & mulier. Rota decis.59.n. 23.par.7.
12 *recent.* quia tamen in casu reperitur
expressum latina lingua, accipi debet
pro Sacerdote *Rota decis. 14. par.7.nu.7. recent.* & quòd nomen fundatrix pluries
reiterauit in eodem contextu in funda-
tione, & erectione beneficij ibi: *ad Presbyterum propinquiorem*, deinde *de Presbytero ad Presbyterum vsque in infinitum*, item *successoris Presbyteri*; &
inferiùs *alium Presbyterum*, ex qua qui-
dem geminatione censendum est, huius-
modi beneficium esse Sacerdotale, re-
quirens Sacerdotium de tempore pre-
13 sentationis; geminatio namq; declarat,
& explicat enixam eius voluntatem *l. balista ff. ad Trebell. Ioannes Baptista Ciarlin. contr. for. cap.211.n.19. & seqq.* & Sa-
cerdotium requiritur de tempore pre-
sentationis; quia in dispositione dicitur:
14 *transeant de Presbytero ad Presbyterum, & præsentare, & nominare habeant Presbyterum*, & cum verba huiusmodi dis-
positionis respiciant actum presentatio-
nis, necesse est, quòd presentatus actu sit
Sacerdos *Ciarlin. loc.cit.n. 27. & seq.* qua-
litas enim iuncta verbo debet interue-
15 nire, & verificari de tempore verbi *l. in delictis § si extraneus ff. de noxalib. Ciarlin. vbi sup.*

Nec obstat, quòd in vltimis verbis di-
ctę dispositionis fundatrix dixerit, *qui Presbyter celebrare habeat, seu faciat*, quasi
quòd non sit impositum onus personale,
nec electa industria personę, vt Capella-

nus,& beneficiatus per seipsum celebrare debeat,sed quòd Missæ, quæ in Capellania , & beneficio huiusmodi celebrandę sunt , possint ab alijs celebrari; ac proptereà nō reqniratur,quòd præsentatus actu sit Sacerdos *Lapus alleg.35.n.1. & seqq.* quem passim sequitur *Rota Grat. discept.forens.cap.133.n.10.tom.1. Rota decis.221.n.16.par.7. recent.*

Quia fundatrix in sua dispositione distinxit tres casus:iu primo nominauit primum Capellanum: in secundò prouidit de futuris Capellanis post obitum primi ex propria suimet linea , vel suorũ hæredum , Presbytero geminatè vocato assumendo,cum oncre celebrandi Missã quolibet die Sabati:in tertiò, deficiente Præsbytero de linea sua, vel suorum hæredum, prouidit de iurepatronatus ad fauorem suorum hæredum , eorumque hæredum, & successorum,qui præsentare habeant similiter Presbyterum, hac addita prouisione *qui celebrare habeat, seù faciat*, & cum simus in secundo casu , in quo non videtur apposita huiusmodi clausula,est enim d. D. Franciscus de linea Giliberti Bruni , qui genuit Herculem,hic Stephanum, & Stephanus Antoniam , ex qua Angelus Leuzzi genuit ipsum D.Franciscum,non est dispositio de casu ad casum extendenda , sed in sua formalitate seruanda.

Nec refert dicere fundatricem vocasse Presbyterum de sua familia vel de familia suorum hæredum de Bruno, cuiusmodi non est D. Franciscus Leuzzi; quia idem defectus excluderet d.Subdiaconum Ioannem Mariam Prence . Præterea quia fundatrix in sua dispositione dixit de linea , ibi: *de linea ipsius testatricis , vel de linea supradictorum Giliberti , Pauli Prisciani , & Ioannis Antonij Bruni*, & lineæ appellatione comprehendantur omnes descendentes tàm masculi,quàm fæminæ, & etiàm descendentes earundem fæminarum *Rota apud S. M.Greg.XV. decis.383.n.3. & ibi Annot. lit.B.& decis.349.n.7. par. 6. recent.* vbi nu. 8. ad casum nostrum , quando adest particula *ex linea.* Et eo vel maximè dicta procedunt,cum simus in linea fæminina , quæ incipit à fæmina: hæc enim
18 non habet familiam,& est suæ lineæ caput.quæ fæminas descendenres comprehendit *Paul. Rub. in annot.ad decis. 199. n.174 & seq.par 8.recent.*

19 Nec demum obstat vltimus status,qui aliàs attendendus esset in beneficialibus *Rota decis.69.n.20.par.8. recent. & decis. 416.n.7.par.9.tom. recent.* hoc enim non attenditur, ne in beneficialibus quidem,
20 quando constat de anteriori statu per instrumentum euidenter clarum , rem Iudicatam,siuè partis confessionem, sed anterior status attendi debet , etiam si per duas vltimas collationes vniformiter aliter seruatum sit *Rota decis. 2. n. 5. & decis.138.n. 5.par.5.recent.*

Et ità fuit resolutum, & iudicatum, vtraque parte informante ; Reo sententiæ acquiescente, & gratias etiã agente.

ARGVMENTVM.

Noua dilatio ad probandum non est deneganda,data releuantia articulorum.Scriptura omissa non vitiat actum, si ad eius perfectionem non requiritur. Actiones in Iudicium deductæ, lite pendente, cedi non possunt , easque cedens prosequitur, sine præiudicio cessionis, siuè transactionis. Exceptio,orta post sententiam,impedit illius exequutionem,

SVMMARIVM.

1 *Noua dilatio deneganda non est,data releuantia articulorum.*

2 *Etiam absque vllo fumo.*

3 *Etiam si de releuantia dubium sit.*

4 *Pænitentia locus est antequam conficeretur scriptura.*

5 *Contractus non præsumitur in scriptis.*

6 *Scriptura quando requiratur.*

7 *Scriptura requiritur, quando partes ità conueniunt, licèt aliàs non requireretur.*

8 *Conuentio,quod actus redigatur in scriptis,eo non redacto, sustinetur,si aliàs de sui natura scriptura non requireretur, nec ad id actam est,vt aliàs actus non valeret.*

9 *Scriptura,si non est de substantia actus, sed adhibeatur ad probationis effectum, non adhibita,non irritat actum.*

10 *Scriptura , adhibenda ex conuentione, post perfectam concordiam subiuncta*

non

non adhibita, non infirmat concordiam.

11 *Animus contrahentium, quod habuerint contractum pro perfecto ante confectionem instrumenti, ex quibus deprehendatur.*

12 *Tacitus consensus debitoris soluentis cessionario valet, ad inducendam delegationem.*

13 *Transactio non censetur reuocata, si trāsigens prosequatur Iudicium actionum cessarum, iam ante concordiam cæptum.*

14 *Actiones iam in Iudicium deductæ cedi non possunt lite pendente, ad effectum transferendi iudicium in cessionarium, cui solum reseruatur Iudicij vtilitas cedenti onus.*

15 *Intellectus textus in l.* contractus C. de fide instrum.

16 *Exceptio solutionis, orta post sententiam, impedit illius exequutionem, etiam si transacta sit in Iudicatum.*

17 *Mulier non iuuatur Velleiano, si pro se principaliter obligaretur.*

PLACITVM XXI.

POst latam sententiam ad fauorem Elisabeth della Ratta de Terra Cupertini aduersus hæreditatem Io: Francisci Morelli, obtinuit bona hæreditaria subhastari, vt de pretio sibi satisfiat, interim hæredes allegantes nouam conuentionem, initam inter eandem Elisabeth, & Io: Franciscum Roberto, qua Elisabeth cedebat eidem Roberto creditum aduersus dictam hæreditatem, cuius cessionis causa solutionem inchoauerant, & compensationem inierant cum similibus creditis hereditarijs, instabant supersederi in exequendo, & dilationem, ad iustificandam huiusmodi conuentionem concedi Dubitabatur an esset concedenda petita dilatio? & fuit decisum affirmatiuè.

1 Etenim data releuantia articulorum,
præsertim in causa profana, noua dilatio ad probandum deneganda non est
Rota decis. 197. nu. 4. par. 9 tom. 1. recent.
2 etiam absque vllo fumo *Rota ibid. & de-*
3 *cis. 352. n. 2. ead. par. 9. tom.* 2. etiam si de
materia articulata dubium sit. *Rota d.
decis.* 253. *n* 4. & multò fortiùs si daretur fumus sufficiens iustitię, quæ in casu
colligitur ex priuata scriptura inter ipsam Elisabeth, & Io: Franciscum, & ex
conuentione exindè sequuta inter ipsos
fratres Morello debitores, & Roberto
creditorem cessionarium, qua probata
resultaret victoria.

Nec obstat. potuisse partes à dicta
conuentione resilire, & de facto resilijsse,
recedendo per alium actum, lacerata, &
rescissa scriptura prædicta priuata, quæ
sub ea conditione gesta fuit, vt de conuentione, cessione, & omnibus in ea contentis conficeretur publicum instrumen-
4 tum, & antequam celebraretur, datur
locus pænitentiæ *textus in l. contractus C.
de fide instrum. Cancer. var. resol. tit. de empt. & vendit. n. 40.*
5 Nam præterquamquod in dubio non
præsumitur contractus in scriptis *Bald.
in l cum res n. 2. C. de probat. Mantica de*
6 *tacit & ambig. lib. 1. tit. 10. n. 6.* doctrina
procedit, quando contractus de sui essentia requireret ad sui perfectionem
scripturam, vt in contractu emphytheusis, verborum obligationibus, largitate
sponsalitia, & alijs huiusmodi cōtingit,
de quibus *glos. in cap.* ....
vel si de sui natura non requireret
scripturam, ita tamen inter partes actum
est, vt redigatur contractus in scriptis
sub clausula irritante (aliàs non valeret)
& ità procedit *tex. in d. l. contractus
vbi etiam Bartol. n. 1. & in auth. sed nouo
Iure in fine C. si cert. pet. Mantica loc. cit.
n. 7. vers. sed diuersam sententiam Rota in
recent. Thesaur. decis.* 197. *nu. 7.* tunc necessarium est instrumentum, & interim
licebit partibus à contractu recedere:
non sic esset, si contractus de sui ratione
scripturam non exigeret, siuè ad id actū
non fuit, vt actus aliter gestus non vale-
8 ret; sed tantum dictum est, vt redigatur
in scriptis, siuè de eo rogetur instrumen-
9 tum; tunc scriptura non est de substantia
actus, sed tantum ad probationis effectū
requiritur, vnde fit, vt eius defectus non
irritet actum, præsertim si conuentio
perfecta sit, antequam de scriptura perficienda conueniatur, vt apertè loquitur
Cancer. loc. cit. vers. secùs ex doctrina
*Thesauri, Thomat. decis Maceraten. 287. à
nu. 4.* prout euenit in casu, vbi post firmatam concordiam, transactionem, &
factas censuum, aliorumque bonorum
assignationes, & iurium cessiones, fuit
additum, quòd conficerentur publicæ
cautelæ ad consilium sapientis, quo casu
10 non potest conijci, quòd instrumentum
conficiendum respiciat substantiam, &
perfectionem conuentionis, sed veriùs
illius exequutionem, & probationem;

vndè licèt confectū nō fuerit instrumentum contractus tamen,& conuentio cōcordiæ sustinetur *glos. commun ter recepta in d l.contractus,verbo in ser ptis, vers. secùs C.de fid. instr. Thesaur. vbi sup.* & alij apud *Rota decis.353.n.2. & 3. par.9. tom.2. in recent.*

Et patet,contrahentes non intendisse redigere concordiam in scriptis eo animo, vt aliàs non valeret;quia Morelli
11 debitores cessi cœperunt soluere Roberto creditori cessionario in computum crediti cessi,& cum eodem conuenerunt de compēsando summas quasdam, quas ijdem Morelli consequuturi erant ab eodem Roberto; vnde animus contrahentium colligitur fuisse, vt transactio, & concordia pro perfecta haberetur antequam instrumentum conficeretur, quòd ad certiorem gestorum probationem adhibendum censetur *Rota d. decis.353, nu.7,& 8.*

Hinc etiā fit, vt cessio huiusmodi de cætero irritari non possit. etiam si dicatur inducta delegatio nominis debitoris,etiam si stipulatio non intercesserit, neque consensus expressus debitoris ac-
12 cesserit.quia ex solutione partis debiti facta cessionario per debitorem cessum, colligitur tacitus debitoris consensus, aptus ad inducendam delegationem firmam de iure,& irretractabilem.textus est rotundus in *l. si delegatio 3. ff. de nouat. & deleg. ibi; uel aliquid ex debito accipiat,*

Minus obstat, quòd post factam huiusmodi cessionem Roberto,Elisabetha prosequuta sit litem, vnde argui posset voluisse partes à concordia resilire; quia tantum abest, vt processus huiusmodi officeret concordiæ, & transactioni, vt
13 alitèr geri non potuisset, & Elisabetha cedens teneretur prosequi litem ad fauorem cessionarij;quia cessio actionum, præsertim in Iudicio deductarum, lite pendente subiacet vitio litigiosi *text.* est in *l. fin. C. de litigios.* nam lite pendente
14 fieri non potest huiusmodi cessio, & translatio actionum,ad effectum transferendi Iudicium in alterum; ne cogatur reus,alium contradictorem sustinere; sed solum in cessionarium transfertur Iudicij,& actionis causæ vtilitas;& onus prosequendi iudicium remanet in cedētem qui renetur agere, & iudicium cæptum prosequi, non autem cessionarius *Marius Cutell. de donat. discurs.1. specul, 20.& Grat. discept. forens.cap 906.nu.15*

15 Præterea cum in conuentione translatio deducta sit *text.in d.l.contractus C. de fid. instr.* non habet locū,vt apertè textus ipse loquitur ibi : *n.si iam super his transactum sit.*

Quòd autem obijciebatur, quòd sententia,lata ad fauorem Elisabethæ transierat in rem Iudicatam, ac propterea non admitteret vllam exceptionem, ne solutionis quidem,siuè nouæ conuentionis, ad impediendam illius exequutionem, non obstat;quia hoc verum est, si solutionis exceptio allegata sit ante
16 sententiam, non autem si orta sit post sententiam, & aduersus eam allegetur; tunc enim impedit illius exequutionem, etiam si in Iudicatum transacta sit *Reg. Reuert.decis.Reg.Camer. 147. & ibi Reg. de Marin.nu.1.*

Minus etiam videbatur obstare, quòd dicebatur de Velleiano;quia Elisabetha in huiusmodi cōuentione cōsiderabatur partim vti principalis, & in hoc non iuuatur Velleiano *l.fustra 2.C.ad S.C.Velleian.* partim vti tutrix suorum filiorum, & in hoc minus potest considerari circumuentio ex parte minoris,nec de mulieris interesse agitur, quapropter neque Velleianum prodesse potest.

Et ità vtraque parte accerrimè informante,& decisioni acquiescente,&c.

ARGVMENTVM.

Immissio vigore Saluiani quibus concurrentibus denegari non debet,Hypotheca tacita datur à Iure pro legato, Census pro dote constitui potest, etiam sine pecuniæ numeratione, & diceretur legatum factum pro dote,si fiat, cum commemoratione nuptiarum,

SVMMARIVM.

1 *Immissio vigore Saluiani quibus concurrentibus denegari non possit.*
2 *Hypotheca tacita datur pro legato.*
3 *Instrumenta publica faciunt probationem probatam.*

4 Pos-

4 *Possessio venditoris census de tempore impositionis probatur ex instrumento venditionis cum Clausula constituti.*
5 *Clausula constituti probat possessionem, etiam contra habentem causam ab ipso constituente.*
6 *Possessio Rei probatur ex litis sustentatione.*
7 *Etiam nullis adhibitis adminiculis.*
8 *Legatum, factum mulieri sub commemoratione nuptiarum, dicitur legatum dotis.*
9 *Census pro dote mulieris creari potest sine numeratione pecuniæ.*

PLACITVM XXII.

DAndam esse immissionem, vigore vti-
lis Saluiani Interdicti, in possessionē
cuiusdam clausorij oliuarum in feudo
Casularum, Territorij Terræ Cupertini,
Margaritæ Panico contra Cler. Ioseph.
Russo, modernum possessorem dicti clau-
sorij pro consequutione annualitatum
ducatorum decem & septem, ex fructi-
bus eiusdem clausorij venditorum pro
pretio ducatorum ducentorum vigore
contractus constitutionis census, factæ
ad fauorem Franciscæ Veteris, matris
Margaritæ, per q Io: Bernardinum Russo,
Alphonsi hæredem in satisfactionem le-
gati summæ prædictæ, per Alphonsum
Franciscæ facti; constat enim de credito
cum hypotheca, de possessione debitoris,
de tempore contractę obligationis, &
postea, ac etiam de possessione Iosephi
1 Russi rei conuenti, quibus concurrenti-
bus, immissio actrici ex Saluiano dene-
gari non potest *Rota decis. 404. n. 1. par. 9. tom. 2. recent.*
2 Creditum cum hypotheca desumitur
ex instrumento venditionis census, factæ
de anno 1609 à q Io: Bernardino Rus-
so, hærede, & administratore hæreditatis
Alphonsi nomine dictæ hæreditatis ad
fauorem Franciscæ Veteris, legatariæ
Alphosi in summa prædicta ducatorum
ducentorum, & desumitur etiam ex te-
stamento Alphonsi, condito de anno
1606. in quo legauit Franciscæ summam
prædictam, pro cuius consequutione cō-
petit legatarię, & successiuè Margaritę
eius hæredi hypotheca *l. 1. C. commun. de*
3 *leg. & fideicom.* quæ duo ducumenta cū
sint in forma authentica, & publica fa-
ciunt probationem probatam, vt in spe-
cie Saluiani tenuit *Rota in recent. decis.*
669. n. 1. par. 2. & decis. 56. n. 3. par 6. allegati in decis 324. n. 1. par. 9. tom. 2. recent. & decis. 86. n. 3. ead. par. 9 tom 1.
4 Possessio venditoris census nomine
hæreditatis de tempore obligationis
constat ex eodem instrumento constitu-
tionis cēsus clausula (constituti) vallato
Statil. Pacif. de Saluian. interd. inspect. 1. cap. 6. n. 19. Scapuccin. de Saluian. lib. 1. q. 2. per totam Rota in Bononien. census post tract. Cenc. de cēsib. decis. 95. n. 2. & 3. quæ clau-
5 sula probat possessionem, etiam contra
habentem causam ab ipso constituente
Rota d. decis. 95. nu. 3. præterquamquod
concludenter probatur per testes.

Possessio vero Iosephi conuenti plenè
per testes ritè susceptos iustificatur quę
6 nihilominus ad huuc affectum ex sola
litis sustentatione diceretur iustificata
Rota post Cēc. de Cens. decis. 161. n. 2. etiam
7 nullis adhibitis adminiculis *Rota decis. 773. n. 1. par. 2. decis 539. n. 3. par 4. & dec. 17. n. 5 par. 5. recent. Greg. XV. decis. 491. n. 11. alleg. in decis. 30. par. 8. recent. num. 4.*

Nec obstat. quòd census huiusmodi
fuerit creatus sine numeratione pecuniæ
contra formam *Constit. S. M. Pij V.* de
Censibus, quia agitur de legato, facto
Franciscę per Alphonsum sub conditio-
ne soluendi illud *al tempo del suo mari-*
8 *taggio*, quòd est legatum dotis, cum sit
factum sub commemoratione nuptiarum
Greg. XV. decis. 346. nu. 1. de quo legato
dotis fuit postea creatus census, nàm Io:
Bernardinus heres, & administrator he-
reditatis dicti Alphonsi, non habens pe-
cuniam, creauit de hoc legato dotis cen-
9 sum huiusmodi, quem propterea sustine-
ri, & valere idem S. M. Pius V. declarauit
in sua *Constitutione tunc p. Et si Apostolica 79. in Bullar. tom. 2. in Bulla declarationum, seu extrauagantium de censib. §. 9.*
pro. Reguo Sicilię vltra Farum, cuius
verba sunt. *Postremò in dotium assignandarum casu censuum creationem, & constitutionem prædictam respectu actualis numerationis coram Notario, & testibus faciendæ, locum non habere, sed in hoc casu census ipsos, etiam pecunia ad manum non habita, creari posse declaramus Cenc. de Cēsib. par. 2. cap. 1. q. 1 art. 5. n 13. & art. 7.*

Et ità fuit decisum vtraque parte
informante, & sententię acquiescente,
&c.

AR-

ARGVMENTVM.

Immissio ex Saluiano, concurrentibus extremis requisitis, concedenda est. Instrumentum publicum fidem facit, etiam si extrà Protocollum vagetur, siuè subscriptio, vel signum Notarij desit, siuè etiam lituras contineat.

SVMMARIVM.

1 *Immissio ex Saluiano, positis requisitis, non est retardanda.*
2 *Saluianum passim datur pro censu.*
3 *Creditum cum hypotheca in iudicio Saluiani probatur ex instrumento impositionis census.*
4 *Instrumentum publicum facit probationem probatam.*
5 *Possessio debitoris de tempore contractus probatur ex eodem Instrumento.*
6 *Possessionem conuenti rei probat litis sustentatio.*
7 *Instrumenti publici requisita quæ sint.*
8 *Instrumentum habens omnia requisita de iure, probat, etiam extra protocollum.*
9 *Defectus subscriptionis, & signi Notarij non derogat fidei Instrumentorum, si cætera requisita concurrant.*
10 *Neque si lituras quasdam contineat.*
11 *Citatio domi sola sufficit, si ad notitiam citati peruenit.*

PLACITVM XXIII.

FVit iudicatum, concedendam esse D. Antonio, & fratribus de Frisullo Ciuitatis Gallipolis immissionem in possessionem arborum oliuarum ducentarum, & viginti in tribus fundis sitarum, & duarum domorum in feudo Terræ Raclæ possessarum per D. Bononatum Polinum, & alios in ius vocatos, vigore Saluiani interdicti, pro consequutione annualitatũ ex annuo censu ducatorũ quatuor, & granorũ quinquaginta vẽdito per Liuiam Giaccari, & filium D. Saluatori Vernicchio de Racale; vt ex instrumentis constitutionis huiusmodi, vno videlicet ducatorum duorum, & granorum viginti quinq; sub die 6. Iunij, & altero sub die 19. Septembris 1621. per acta Notarij Leonardi Bolognini, quem censum D Saluator donauit Hippolytæ Thorę suę Nepti sub die 23. Augusti 1623. cui successit Catharina soror, & huic ipse D. Antonius, & fratres Frisullo. Constabat enim de extremis Saluiani, videlicet de credito cum hypotheca, possessione debitoris, de tempore obligationis, & recenti possessione
1 Reorum, quibus concurrentibus, immissio ex Saluiano denegari non debet *Rota decis. 172. n. 9. par. 10. recent.* & in terminis pro censu passim concedi vtile Saluianum interdictum, tenuit *Rota decis.*
3 *67. n. 2. ead. par. 10. recent.* Nam creditum cum hypotheca super omnibus bonis Liuiæ, & filij venditorum census probatur concludenter ex iam dictis instrumentis, iam datis, continentibus expressam hypothecam ex illis verbis ibi: *super domo prædicta, & æquè principaliter*
4 *super omnibus bonis* quæ instrumenta ad hunc effectum faciunt probationem probatam *Rota decis. 172. n. 2. cit. ex Statilio Pacifico de Saluian. interd. inspect. 1.*
5. *cap. 5.* Possessio debitorum de tempore contractus iustificatur etiam ex ijsdem instrumentis *Rota ibid. n. 4.* & alibi passim, & præterea probatur concludenter per testes, conformiter deponentes de huiusmodi possessione, tam de anno
6 1621. quàm ante, & post hoc tempus. Possessionem vero Reorum probat litis ipsa sustentatio *Rota loc. cit. n. 7.* & testes vno ore deponentes, adeo vt de ea ambigi non liceat.

Neque obstat obiectum, respiciens defectum crediti, ortum ex inualiditate instrumentorum, quibus tanquam informibus, & nudis cartulis, extra protocollum Notarij repertis, nulla esset fides adhibenda, quia patet, ea esse in formã publicam similium instrumentorum re-
7 dacta, habent enim diem, mensem, annum, locum, Iudicem, rogitum Notarij coram testibus, cæterasque solemnitates, de quibus *glos. in l. generali 3. verb. seruituti C. de tabul. lib. 10. Rota coram Emin. Ottobb. decis. 244. n. 27. inter eius impressas, & decis. 285. n. 3. & seq. par. 11. recent.*

Nec refert, quòd huiusmodi instrumẽta non fuerint registrata in protocollo,
8 sed inter scripturas Notarij reperta, nullibi enim reperitur in iure cautum, quòd instrumentum non faciat fidem, nisi reperiatur in protocollo, & consuetudo protocollandi operatur solum, vt No-

Notarius, omittens protocollum conficere arbitraria pena puniatur, non autem cautum est, quòd instrumentum extra protocollum fidem non faciat, vt magistraliter tenuit *Rota decis. 150. n. 4. par. 1. diuers. Grat. d. scept. for cap 859. n. 27. & seq. Gaie. de credit. cap. 3. tit. 1. num. 895. & seqq. & nouissimè Rota in d. decis. 285. par. 11. recent.*

9 Multo minus refert, quòd in huiusmodi instrumentis non adsit signum & subscriptio Notarij, quia habent omnia requisita publici instrumenti. prout non referre in similibus terminis firmauit *Rota in cit. decis. 244. coram Card. Ottbob. & decis. 285. par. 11. recent.*

Et hinc remanet dilutum aliud argumentum siuè obiectum datum de inualiditate scripturæ, & instrumenti donationis factæ per d. D. Saluatorem Vernicchium, emptorem d. census Hippolytæ Thoræ, quandoquidem in eo concurrunt omnia requisita publici instrumenti, licèt extra protocollum vagetur, & litu-
11 ras quasdam contineat, vt de simili scriptura etiam cancellata tenuit *Rota d. decis. 285. par. 11. recent.*

Defectus citationis respectu vnius ex Reis, tanquam factæ domi, non obstat, quia reliquæ citationes factæ fuerunt personaliter singulis actibus; preterea si sola citatio domi facta fuisset, sufficeret
12 quæ ad notitiam citati peruenit. *Rota decis. 200. n. 2. par. 10. recent.*

Demum non obstat defectus hypothecæ obiectus quia de ea satis apparet partes expresse conuenisse ex clausula *super fructibus*, quæ hypothecã importat.

Et ità fuit resolutum vtraque parte informante, &c.

ARGVMENTVM.

Depositio principalis in causa, quãdo facienda?

SVMMARIVM.

1 *Depositio principalis peti potest post conclusum in causa.*

2 *Principalis depositio est melior probatio.*

3 *Depositio principalis facienda est etiam super articulis.*

PLACITVM XXIV.

Post factam publicationem in causa, petijt N. Carlomagno depositionem D. Francisci Mariæ Gigante principalis Rei vocati super articulis, per ipsum actorem presentatis, & datis, vnde emersit dubium an esset audiendus. & petita depositio facienda? Et fuit affirmatiuè resolutum.

Nam licèt dubitent Doctores congesti per *Thes. decis. Pedem. 10.* an post conclusum in causa peti possit huiusmodi depositio, quòd veriùs absolutè
1 putat *Vincent. de Franch. decis. 220. nu. 4.*
2 cum depositio principalis sit melior probatio *l. cum precum C. de liberal. caus.* in casu fuit statim incontinenti post predictam publicationem petita, quo tempore non est, qui prohibeat fieri.

3 Nec obstat, depositionem huiusmodi faciendam esse super positionibus, non autem super articulis, quia preterquam quòd in casu articuli facti sunt, etiam in forma positionum ibi: *pone, e vuol provare*, nihilominus etiam si in forma articulorum formati essent. super eis depositio facienda esset *Franch. ibidem.*

Et ità &c.

ARGVMENTVM.

Iuspatronatus quando censeatur donatum in donatione iurispatronatus.

SVMMARIVM.

1 *Filia fæmina in regno solius dotationis ministerio à successione patris excluditur.*

2 *Promissio de renunciando habetur pro facta renunciatione.*

3 *Præsertim accedente Iuramento.*

3 *Fæmina, existentibus masculis, in regno non succedunt.*

4 *Filia, à fratre non dotata, admittitur ad patris successionem.*

5 *Soror, mortuo fratre, succedit patri, quæ prius excludebatur.*

6 *Iuspatronatus non censetur donatum, donato iure presentandi.*

7. Decius cons. 542. n. 8. *quomodo loquatur.*

8 *Iuspatronatus censetur donatum donato*

iure

Iure præsentandi, si donans voluit omne ius transferre.

9 *Nec illud sibi donando reseruauit.*

10 *Episcopus potest gratificari in paritate, & discordia votorum, seù vocum.*

11 *Episcopus potest ex causa pensionem reseruare.*

PLACITVM XXV.

AD simplex Beneficium Ecclesiasticum Ecclesiæ, S. Nicolai de Hospitali nũcupatæ, sitæ intus hanc Ciuitatem Neritonen. de Iurepatronatus laicorum, vacans ad præsens per obitum D. Petri Antonij Tisii de eadem Ciuitate, fuit præsentatus D. Iosephus Felix Diso de Terra S. Petri Galatino, Hydruntinæ Diæcesis, per Lauram Tisam, tàm nomine proprio, quàm vti donatariam iurispræsentandi ad præfatum Beneficium, iure sibi donato ab eodem D. Petro Antonio Tisio vigore actus donationis de anno 1670. cui subsequutiuè accessit assensus per hanc eandem Curiam, & per me adhibitus de Mense Decembris anni præteriti, facultate ab Illustriss. & Reu. Domino Episcopo specialiter concessa; & fuit etiam ad idem Beneficium Caietanus Cupponus, Clericus huius Cathedralis Ecclesiæ, præsentatus per Faustinam Tisam, dictorum D. Petri Antonij, & Lauræ Sororis, & causa instructa, quærebatur, cuinam ex istis esset beneficium huiusmodi adiudicandum? Et cum vterque par habeat suffraggiorum, & vocum præsidium, & successiuè ex hoc capite locum esse gratificationi, quia tamen D. Iosephus Felix erat Sacerdos, & alter Clericus primæ tonsuræ tantum, pauper tamen admodum, & egenus, vt vtrique prouideatur, & meritum vnius suum habeat premium, alterius verò egestas subsidium, fuit proindè institutus D. Iosephus felix cum onere tamen soluendi Caietano, quòad ipse D. Iosephus vixerit, annuam pensionem ducatorum duodecim monetæ Regni.

Ad fundandam enim æqualitatem vocum constabat Iuspatronatus huiusmodi integrè resedisse in persona Io: Francisci Tisii donatarij Abbatis Lucij Tisij cum assensu Ordinarij. Ioanni Frãcisco successerunt prædicti D. Petrus Antonius, & Faustina eius filij, atque adeo ad eos peruenit hoc Iuspatronatus hæreditarium, cuique pro medietate, pro qua quisque est hæres: nam portio, quæ forsan obueniret Felicianæ, eorum Sorori prædefunctæ, accrescit eisdem proportionabiliter, cum vterque ei successerit Demum D. Petrus Antonius de anno 1670. donauit portionem suam huius Iurispatronatus d. Lauræ suæ sorori, quę præsentauit ipsum D. Iosephum Felicem, Faustina verò præsentauit Cler. Caietanum, vnde fit, vt vterque sit pari iure, nec Ius vnius alteri præponderet.

Nec quicquam ponderis addit ad fauorem D. Iosephi, quòd Laura sit etiam filia Io: Francisci, & soror D. Petri Antonij, atque adeo concurrat pro duabus portionibus ex tribus, & ex propria persona, vti hæres patris, & ex persona D. Petri Antonij, vti eius donataria.

Quia licèt Laura sit filia Ioannis Frãcisci, non tamen est eius hæres, extitit,
nec esse potuit, non quidem ex testamen-
1 to, de quo non apparet; multo minùs ab
intestato; quia cum fuerit maritata, & de
bonis patris dotata, dote contenta, solius dotationis ministerio censetur ab hæreditate patris exclusa *vulg. Constit. In aliquibus de success. ab intest. Merlin. contr. forens. cap. 3. n. 1. tom. 1.*

2 Accedit præterea, quia Laura in suis
capitulis matrimonialibus promisit de renunciando successionibus patris, matris, & aliorum in forma solita, quæ promissio existimatur ac si facta esset renunciatio, præsertim accedente Iuramento *Reg. Merlin. contr. for. cap. 4. n. 2. tom. 1. Capyc. Lat. consult. 76. n. 29. lib. 2.* si igitur renunciasse censetur efficaciter Paternæ hæreditati, non potest ad eandem succedendo redire, vnde solum posset suffragari ex persona fratris donantis, iure sibi donato, non autem patris successione quæsito; ac propterea pro medietate concurreret.

Ius autem Faustinæ videbatur clarum
pro medietate, quandoquidem ipsa vna
cum D. Petro Antonio successit suo pa-
tri, ab eodem D. Petro Antonio admissa
ad successionem, qui benè potuit suo iu-
3 ri ad illius fauorem renunciare; licèt
aliàs masculi existentia ipsam excluderet à successione patris *d. Constit. in Ali-*
4 *quibus* Præterea, quando adhuc non
fuisset Faustina admissa ad successionem Patris, quia verò frater diù distulit eam dotare, vsque ad mortem videlicet; cum d. D. Petro Antonio adhuc virgo superuixerit vsque ad decrepitam ætatem

vi-

videtur ex hac fratris negligentia in do-
rando masculiata, & ad succedendum
5 patri habilitata *Franch. decis.* 411. Et
quando adhuc viuente fratre duraret
exclusio, eo mortuo, non videtur, quo
pacto esset à successione hæreditatis pa-
ternæ excludenda, cum esset fauor ma-
sculorum, & firmata remaneat morte
fratris duritia, in assignando sorori pa-
ragium, per quòd excluderetur à suc-
cessione, vndè admittitur ad successionē
paternam, eique via ad succedendum
aperitur *Aff. in d. Constit. in Aliquibus n.*
23. & prohibitio non succedendi, & ex-
clusio à successione morte fratris expi-
rat.

Minus ponderis inuenitur habere ad
fauorem præsentati per Faustinam id,
quòd opponebatur ex donatione prædi-
cta, Lauræ facta per D. Petrum Anto-
nium, in qua donator tantum ius præ-
sentandi donauit, non autem iuspatro-
6 natus; vnde censetur donasse iuspræsen-
tandi cumulatiuè, non priuatiuè & pos-
set simul cum donataria præsentare va-
riando; qui enim donat ius præsentandi,
non videtur donare ius patronatus, nec
ius variandi, seù cumulandi *Decius cons.*
541. *n.* 8 *vers.* 3. *non obstat*, etiam si in In-
strumento sint apposita verba generalia,
siuè vniuersalia, videlicet constituendo
procuratorem, vt in rem propriam, pror-
sus in locum suum &c. & vniuersum ius
ipsorum &c. nam huiusmodi verba re-
stringuntur respectu primæ præsentatio-
nis, quæ non includit variationem, &
cumulatiuam præsentationem *Decius*
ibid. atque adeò cum Faustina successe-
rit fratri, exclusa Laura, vti dotata, vide-
tur habere pro se integram medietatem,
& item aliam medietatem totius alte-
rius medietatis per cumulationem.

7 Quia doctrina *Decij* procedit in suo
casu, vltra quem non extenditur, ageba-
tur enim ibi de donatione iuris præsen-
tandi pro vna vice, vndè benè consuluit,
ex donatione huiusmodi non censeri
donatum ius patronatus; secus autem
consuluisset, si iuspræsentandi in perpe-
tuum, & heredibus, successoribusque do-
natum esset; nam licèt, donato iure præ-
sentandi, censeatur donatum cumulati-
uè, non priuatiuè *Rota decis.* 385. *nu.* 8.
8 secùs tamen est, quando donans voluit
omne Ius transferre in donatarium *Rota*
decis. 385. *nu.* 17. *cit.* Et veriùs esse, quòd
donato iure præsentandi, censeatur do-
natum iuspatronatus, & proprietas si in
donatione Iurispræsentandi non reser-
uauit sibi donans iuspatronatus tenuit
Rota decis. 289. *n.* 15. *&* 16. *par.* 9. *tom.* 1.
recent. prout in casu actum est.

9 Data igitur paritate vocum in præ-
sentatis, liberum erat gratificari cuilibet
ex eis, seruato tamen prudentis Iudicij
ordine *Card. Octob. decis.* 17. *n.* 6 quo di-
ctante anteponendus est D. Ioseph Felix
Sacerdos Caietano Clerico primæ Ton-
suræ *Barb. de offic. & potest. Paroch cap.* 2.
n. 219. Et quia hic pauper est, benè fuit
eius paupertati pensionis reseruatione
consultum.

Quod autem possit Episcopus simi-
lem pensionem reseruare ad fauorem di-
cti Clerici Caietani, ad effectum termi-
nandi & componendi lites, & præsertim
ad prospiciendum paupertati, tradit
Ricc. in prax. for. Eccles. par. 3. *resol.* 368. *n.*
3. vbi aliàs consimiles causas adducit, &
Doctores cumulat.

Et ità fuit decisum vtraq; parte. &c.

ARGVMENTVM.

Saluianum intrat positis requisitis.
Pecuniæ numeratio ex quibus
verbis in Constitutione Census
colligatur facta; & satisfit Con-
stitutioni Pianæ de censibus nu-
meratione pecuniæ etiam alienæ.

SVMMARIVM.

1 *Immissio ex* Saluiano *concedenda est*
cum liquet de requisitis.
2 *Creditum creditoris, & hypotheca debi-*
toris probatur per instrumentum imposi-
tionis census.
3 *Instrumentum publicum facit probatio-*
nem probatam.
4 *Possessio debitoris de tempore contractus*
probatur ex instrumento census.
5 *Possessio recens rei probatur ex litis su-*
scentatione.
6 *Numeratio pecunia est de forma census.*
7 *Verba de contantis, & cat. receperunt*
&c. veram numerationem important.
8 *Pecunia aliena potest quis sibi quære-*
re.
9 *Et emere.*

PLACITVM. XXVI.

REuerendis Fratribus Ordinis Prædicatorum Conuentus S. MARIÆ de Racumandatis huius Ciuitatis Neritonen fuit data immissio ex vtili *Saluiano* interdicto aduersus Clericum Franciscum Vernalione de eadem Ciuitate super fundo arborum oliuarum sexaginta, per ipsum possesso pro consequutione annuorum ducatorum septem, & granorum viginti pro summa capitali pretio ducatorum octoginta annui census ad rationem nouem pro centenario debitorum per Io: Vincentium eius patrem, & Annibalem eius auum in duobus instrumentis, vno videlicet summæ duca-
1 torum quinquaginta, & altero ducatorum triginta: liquebat enim euidenter concurrere requisita, ad obtinendum petitam immissionem, nempè creditum cum hypotheca, & possessio bonorum de tempore contractæ obligationis penès debitorem, & possessio rei in iudicio vocati, quibus concurrentibus, immissio vigore *Saluiani* deneganda non est. Rota passim, & demum *in decis. 172. nu. 9. par. 10. recent.* & in terminis immissionis ex *Saluiano* pro annuo censu exigendo *Rota decis. 67. n. 2. ead. 10. recent*, vbi semper ità in Rota seruari.

2 De credito namque, & pariter de hypotheca super fundo iam dicto constabat per instrumenta supradicta censualia, in quibus continetur expressa, & specifica fundi huiusmodi hypotheca, quæ
3 quidem instrumenta, cum sint in forma publica, faciunt probationem probatam *Rota decis. 152. n. 2 d. par. 10. recent.*

4 Possessio dictorum Io: Vincentij, & Annibalis debitorum de tempore impositionis census apparet etiam ex eisdem instrumentis, vt semper tenuit S. R. Romana, & signanter *d. decis. 172. nu. 4. par. 10. recent.* vltra testium depositionem ritè examinatorum.

5 Moderna demum possessio d. Clerici Francisci licèt sufficienter dicatur probata ex ipsamet litis substentatione, iustificatur per testes legitimè examinatos

6 Neque obstat defectus numerationis pecuniæ, quæ secundum dispositionem S.M.B. Pij V. requirebatur de forma coram testibus, & Notario in actu constitutionis Census facienda, nec antea, neque postea, de qua non apparet in vno
7 ex dictis instrumentis, quia verba illa in d. Instrumento apposita *de contantis &c. receperunt &c.* veram pecuniæ numerationem ad hunc effectum important *Rota decis. 187. n. 24. par. 10. recent.* & apud *S. mem. Greg. XV. decis. 355. num. 5. & ibi Annot. n. 7. lit. L.*

Minus obstat, quòd in d. instrumento dicatur pecunia soluta per Dom. Didacum Personè, ac propterea non sit emptus de propria pecunia emptoris, sed aliena; quia re vera pecunia erat propria ipsius Conuentus, & quando adhuc pecunia esset aliena, nihil officit ad validi-
8 tatem emptionis census; satisfit enim d. Constitutioni Pianæ, quod fuerit pecunia numerata coram testibus, & Notario, nec vlteriùs Constitutio inquirit, an pecunia fuerit emptoris propria, an aliena, quia sicut potest quis sibi acquirere ex pecunia aliena *l. 1. l. multum, & l. final. C. si quis sibi vel alteri*, ità potest quis ex pecunia propria pro alio emere *l. mancipia, vbi Bald. & alij C. si quis alteri, vel sibi Rota* apud *S. mem. Greg. XV. decis. 157. nu. 4. & 5.*

Et ità fuit decisum vtraque parte informante, & sententiam approbante &c.

ARGVMENTVM.

Immissio ex Saluiano non est concedenda, non probatis extremis. Iudex quando possit, quæ desunt ex Aduocatis, supplere.

SVMMARIVM.

1 *CReditum iustificandum est ex Saluiano.*
2 *Instrumentum publicum facit probationem probatam.*
3 *Iudex tenetur supplere partes Rei, si nullitas consistat in Iure.*
4 *Iudex potest supplere, quæ consistunt in facto, præsertim in probationibus.*
5 *Iudex potest ferre sententiam pro Reo, si ex instrumento, producto per actorem constet de bono Iure Rei, Reo etiam non opponente, & non obstante protestatione Actoris de edendo quatenus pro se.*
6 *Iudex potest supplere, quæ ipsi, vt Iudici constant.*

PLACITVM. XXVII.

R. Capitulum Collegiatæ insignis Ecclesiæ Terræ Galatonæ de anno 1646. 12. Aprilis vendidit Gabrieli Giuranna de eadem Terra hortum vnum terrarum in feudo eiusdem Terræ pro pretio ducatorum septem, & granorum septuaginta quinque, qui cum non haberet promptam pecuniam ad satisfaciendum pro pretio prædicto, vendidit eidem R. Capitulo annuum censum carolenorum sex, & granorum quinq; soluendum ex primis fructibus dicti fundi, quem in specie eidem censui supposuit, & hypothecauit; & cum cessasset à solutione annualitatum per aliquot annos, petijt Capitulum immissionem vigore *Saluiani* tàm in possessione d. fundi, quàm alterius horti eidem contigui, pro consequutione d census Carolenorum sex, & granorum quinque, & alterius census carolenorum tredecim, & granorum quinq; pro capitali pretio ducatorum quindecim ex pretio dicti alterius horti simili modo venditi, & constituti, & dato dubio an intraret *Saluianum* ? fuit resolutum negatiuè pro annualitatibus census Capitulo tantum informante, altera tamen parte semper citata, & non comparente.

Ad effectum enim, vt intret *Saluianum* erat iustificandum creditum *Rota sæpè, & præsertim in decis. 67. n. 1. par. 9. tom. 1. recent.* eoque non probato, deneganda est immissio, at quia census, & creditum erat indebitum de Iure, & non subsistēs, idcirco deerat primum extremum crediti; nullitas autem censuum est manifesta, & euidens, cum in eorum constitutione, & creatione non interuenerit numeratio pecuniæ coram testibus, Notario, prout de forma *ex Constitutione S. M. Beati Py V.* requiritur, vndè cum non fuerit adimpleta forma in eorum Constitutione, manifesta nullitas resultat; quod verò non intercesserit pecuniæ numeratio, liquet ex eisdem instrumentis, in quibus Giuranna venditor censuum fatetur non habere pecuniam præ manibus, ad soluendum pretium bonorum emptorum; idcirco vendidit annuos cēsus, vt expressè legitur ex instrumentis, ibi: *Non habendo pecunia, &c.* vnde tantum abest, vt pecunia intercesserit in constitutione cēsus huiusmodi, vt propterea ob defectum pecuniæ in locum pretij bonorum emptorum constitutus sit; cum igitur nullus sit census, pro cuius consequutione petitur immissio, deficit extremum crediti in *Saluianum* requisitum, successiuè immissio concedenda non est.

Nullitas autem census excusari non potest, quæ manifestè colligitur ex lectura instrumenti, quòd quòadhoc facit probationem probatam *cap. cum dilecti 6. de donat. l. emancipationem 11. C. de fide instrum. Rota* apud *Emin. Card. Ottob. dec. f. 199. n. 3. inter eius impressas.*

Nec officit quòd huiusmodi nullitas eatenus obstat, quatenus à Reo proponitur, cum igitur eam Reus non opponat, Iudex non tenetur de ea rationem

3 vllam habere, quia cum nullitas hæc consistat in Iure, & Reus sit absens, tenetur Iudex supplere *l. vnica C. vt quæ desunt Aduocatis, &c.* vbi *Bart. qui num. 3.*

4 subdit adhuc posse Iudicem supplere pro absente, quæ consistunt in facto præsertim in ducendo probationes *Matthes. fil. nu. 17.*

5 Præterea nullitas hæc nota est Iudici, vt Iudici, cum cōstat ex lectura, & inspectione instrumenti per actorem editi, non obstante protestatione actoris, qua protestatur, se præsentare, & edere instrumentum, quatenus faceret pro se, non autem contra se, qua protestatione non obstante, potest Iudex ferre sententiam pro Reo, si in illo instrumento aliquid ad eius fauorem contineatur, nam totum hoc cōstat Iudici, vt Iudici, & Actoris protestatio non potest ligare manus Iudicis in ijs, quæ de Iure potest facere *Alexand. in addit. ad Bart. in d. l. vnic. verb. supplere C. vt quæ desunt aduoc.*

Demum ex huiusmodi instrumento non remanet sufficienter iustificatum creditum actoris, quippe quòd patitur supradictam nullitatem, & sufficit Reo, quòd vincat per non ius actoris, etiam si pro se, nullum aliud ius habeat.

Supposita igitur nullitate censuum prædictorum ex defectu numerationis pecuniæ, pro forma requisitæ, resoluebatur creditum annui census in, putum creditum sortis principalis, pro qua fuit data immissio ex *Salu ano* super ijsdem bonis iam venditis, & hypothecæ suppositis.

Et ità fuit resolutum &c.

ARGVMENTVM

Institutio quibus concurrentibus nõ sit deneganda. In iure patronatus successio quando fiet in capita, siuè in stirpes.

SVMMARIVM.

1 *IVspatronatus iustificatur ex instrumento fundationis.*
2 *Vacatio probatur ex confessione partis, etiam in casu iustificationis.*
3 *Valor beneficiorum probatur per testes.*
4 *Etiam deponentes de publica voce, & fama.*
5 *Semiplena probatio sufficit, ad probandũ valorem beneficij.*
6 *Clericatus probatur ex litteris Ordinarij.*
7 *Filij fratrum præmortuorum succedunt patrono in capita ab intestato.*
8 *Successio fit ad terminos* l. interdum ff. de hæred. institut. *quando vnus est vocatus nomine proprio, & alij sub nomine collectiuo.*

PLACITVM. XXVIII.

DEfuncto Diacono Iacobo Antonio Rucco de hac Ciuitate Neriti de mense Iulij anni præteriti, vacauit per eius obitum simplex beneficium absque titulo de Iurepatronatus laicorum, ad quòd fuit præsentatus D. Gregorius Falconerius de eadem Ciuitate à Iosepho, & Caietano Rucco filijs, & hæredibus q. Io: Vincentij Rucco; fuit etiam præsentatus D. Franciscus Antonius Riccius à Donato Rucco filio, & hærede Petri Antonij, siuè Donati Antonij Rucco sui patris; facta præsentatione D. Franciscus Antonius, alter collitigans, obtinuit à Sanctissimo Domino Clemente IX. litteras in forma dignum super collatione, & prouisione huiusmodi Beneficij cum derogatione iurispatronatus pro medietate sub datum Romæ 1669. 17. Kalendas Septembris; exhibitis litteris instabat pro exequutione D. Franciscus Antonius, cui se opposuit D. Gregorius dando de subreptione hujusmodi litterarum, in quibus exponebat D. Franciscus Antonius habere pro se medietatem vocum, cum ex aduerso D. Gregorius contendebat habere pro se duas ex tribus vocibus. Controuertebatur, an hæ litteræ essent exequendæ? & seruatis seruandis instructo processu, censui, prædictas litteras Apostolicas esse iustificatas, ac propterea exequendas.

1 Existentia namque iurispatronatus ex fundatione, & dotatione non controuertebatur inter partes, & satis superque iustificata videbatur ex ipsa fundatione *Rota coram Em. Card. Otthobon, decis. 230. n. 1. inter eius impressas.*

2 Sufficienter quoque liquebat de vacatione, etiam in terminis iustificationis litterarum Apostolicarum ex confessione alterius collitigantis qui venit ex eodem genere vacationis *Rota apud Buratt. decis. 255. n. 10. & decis. 931. nu. 1. & coram Card. Otthobon. decis. 58. n. 2.*

3 Valor autem huiusmodi Beneficij, & aliorum duorum simplicium beneficiorum, in ijsdem litteris expressorum, per non excessum viginti quatuor ducatorum auri de Camera probatur concludenter per testium depositiones concordes, quæ superabundare videntur; cum ad
4 hunc effectum satis esset depositio de publica voce, & fama *Buratt. decis. 255. n. 11. & decis. 187. n. 8. par. 6. recent. Card.*
5 *Otthob. decis. 58. n. 18.* vbi *num.* 19. firmatur sufficere semiplenam probationem.

6 Ex litteris patentibus Ordinarij, de collatione Sacrorum Ordinũ exhibitis, iustificatur plenè Clericatus *Rota coram Em. Ottobon. decis. 187. n. 2. & dec. 240. n. 3.* & in pluribus alijs inter eius impressas; & alibi.

Quòd autem D. Franciscus Antonius fuerit à medietate patronorum præsentatus, iustificabatur ex eo, quòd fuerat præsentatus à Donato, filio Petri Antonij Rucco nepotis ex fratre D. Leonardi Rucco fundatoris, qui in fundatione reseruauit iuspatronatus dicto Petro Antonio, & filijs q. Io: Vincentij Rucco alterius sui fratris per hæc verba: *Il ius patronatus sia delli miei nepoti, cioè di Pietro Antonio Rucco, e delli figli del q. Gio: Vincenzo Rucco* ex quibus verbis manifestè apparet reseruatum iuspatronatus Petro Antonio pro medietate proportionaliter, & pro reliqua medietate æquali filijs Io: Vincentij, & cum fuerit D. Franciscus Antonius præsentatus à Donato filio Petri Antonij, eiusque hærede, satis patet ipsum habere pro se medietatem Patronorum.

7 Nec obstat, quod de iure communi

filij

filij duorum fratrū præmortuorum succedant patruo in capita, & non in stirpe secundum *Azonis* sententiam, quàm sequitur *Rota decis. 180. n. 12. par. 6. recent.* nam doctrina procedit, quando successio fieret ab intestato, non autem ex testamento, in quo testator aliàs disposuit de bonis, & rebus suis, quarum moderationem pro libito gerere potest, prout in casu disposuit expressè de portionibus iurispatronatus, recedendo à prima dispositione ibi: *delli miei nepoti*, secundum quàm se conformasset dispositioni iuris, per alia verba subsequentia, disponendo cioè *di Pietro Antonio Rucco, e degli figli del q. Gio: Vincenzo Rucco mio fratello*, per quæ verba voluit reducere successionem ad terminos, ac si fratres sui, quorum sunt filij huiusmodi nepotes, viuerent, & Iure repræsentatiuo succederent; vnde
9 intrat dispositio *l. interdum ff. de hered. instit.* quia cum vnus ex nepotibus sit vocatus nomine proprio, & alij nomine collectiuo, nec adest particula æquè, siuè aliqua æquipollens, successio regulanda est, secundum dicti testus apertissimam dispositionem, vt in terminis resoluunt Doctores relati per *Gionagnon. cons. 23. n. 1. & cons. 24. n. 4. ad 13. lib. 1. Rota decis. 180. n. 13 in puncto, &* iterum idem firmauit *Rota in eadem causa, & coram eodem decis. 387. n. 5. par. 6. recent.*

Et ità fuit decisum vtraque parte informante. Causa demum per appellationem in S. R. Romana introducta, & Illustriss. & Reuerendiss. Domino Priolo Auditori commissa, hic litteras inhibitoriales decreuit; inde Sanctissimus Dominus eandem causam auocauit, & vni, ex Signaturæ suæ Iudicibus commisit, qui seruatis seruandis decreuit litteras inhibitoriales non afficere, vnde D. Franciscus Antonius Beneficij possessionem adeptus est die 12. Maij 1674. Sabato Pentecostes.

ARGVMENTVM.

Assensus Ordinarij est necessarius ad ortum iurispatronatus, non tamen potest interponi super donatione huiusmodi iurispatronatus, reuocata per secundam.

SVMMARIVM.

1 *Confirmatio Episcopi est causa formalis iurispatronatus.*

2 *Donatio. Iurispatronatus sine assensu Episcopi, non abdicat ius à donante.*

3 *Donans iuspatronatus sine assensu Episcopi, potest alteri donare, primâ donatione non obstante.*

4 *Nullum quod est, nullum præstat impedimentum.*

5 *Donationi priori, reuocatæ per secundam, non potest Episcopus assentiri in præiudicium donantis, & secundi donatarij.*

PLACITVM. XXIX.

Catharinella Gatta de hac Ciuitate Neriti de anno 1668. die 5. mensis Aprilis fundauit quoddam simplex beneficium absque titulo, dotando illud de aliquibusdam suis bonis tunc expressis, nominando primum Beneficiatum & Capellanū D. Iosephum Gatta S.Th.D. siuè D. Hyacinthū eius fratrem, Canonicos Collegiatæ Ecclesiæ Terræ Galatonæ cū reseruatione iurispatronatus ad illorum fauorem, eorumque hæredum, & successorum, hac adiecta conditione *prauio in omnibus l'assenso dell'Ordinario* deinde die 7. Iulij 16·0 addidit per nouum actum nominando secundum Capellanum post obitum d. D. Iosephi D. Horatium Gatto de Galatone, cui etiam iuspatronatus reseruauit, sic etiam fecit die 10 Iunij 1671 addendo per alium actum tertium Capellanum D. Iulium de Alexandro, cui pariter Iuspatronatus reseruauit; demum fastidiens omnes huiusmodi dispositiones eas omnes reuocauit per alium actum sub die quinto mēsis Nouembris 1672. & sub die decimo eiusdem mensis, & anni per alium actum erexit beneficium simplex sub nuncupatione Sanctissimi Sacramenti, dotando illud de suis, ibi expressis, bonis, & pro primo Capellano nominauit D. Donatum Antonium Manieri, & post eius obitum Cler. Dominicum Antonium Zuccaro de hac eadem Ciuitate, cui facultatem concessit, sicut, & reliquis Capellanis eligendi sibi successorem, & in casu electionis per Capellanos non factæ, reseruauit iuspatronatus V I D. Hyacintho Zuccaro de hac eadem Ciuitate. Ea demum defuncta instante d. D. Donato Antonio pro cōfirmatione, & assensu, se

ſe oppoſuit d. D.Ioſephus Garta primus donatarius, petendo confirmari ſuam primam donationem,& dato dubio,quæ nam donatio eſſet attendenda? fuit deciſum, eſſe attendendam vltimam donationem.

Prima namque donatio facta D. Io-
ſepho,cum vacet confirmatione Epiſco-
1 pi, fuit inualida, & nulla: Confirmatio
enim Epiſcopi eſt cauſa formalis iuriſ-
patronatus *Lambert. de Iurepatr. lib. 1. par.2.q 1 art.17.nu.10. Rota coram Rojas in Cluſina iuriſpatronatus* 11. *Maij* 1640,
§.nec obſtare Paul. Rub. in annot. ad deciſ. 46.n.58.& ſeqq par 9.tom.1.recent. adeo
2 vt donatio huiuſmodi iuriſpatronatus,
ſine conſenſu Epiſcopi facta, nullum ius
abdicet à donante *Rota penès Coccin. deciſ.337.n.5.verſ.non obſtat, & in florentina Iuriſpatronatus coram Rojas 11. Martij 1644.§.non obſtat quod Sigiſmundus* apud
Rub. loc. cit. n. 61. & ſeq. vnde Cathari-
3 nella benè potuit alteri donare,non ob-
ſtāte prima donatione *Rota penes Mātic. deciſ.86.ſub n.6.verſ.nec obſtat alia præcedens donatio Beltram. ad S. M. Greg. XV, deciſ.420.n.7.lit.A.Rub.loc.cit.n.64.*quod
3 enim nullum eſt de iure, nullum præſtat
impedimentum *cap. non præſtat de regul. iur.in 6.Rub.ibid.n.70. Duran. deciſ. 415. n.4.par.2.*

Eo vel maximè quia Catharinella ne-
dum alteri donauit,videlicet D.Donato
Antonio Manerio,quod ſufficeret ad in-
dicandum,voluiſſe à prima donatione
recedere, ſed antequam d. D. Donato
Antonio donaret,donationem factam
d.D.Ioſepho,& alijs, ſolemni actu reuo-
cauit, vt liberiùs poſtea D. Donato An-
5 tonio donaret;quoties enim donans an-
te confirmationem Epiſcopi donationē
reuocauit, & alteri donauit, vt in caſu
factum eſt, nō poteſt Epiſcopus amplius
conſentire primæ donationi in præiudicium donantis,& D.Donati Antonij donatarij, cui hoc medio tempore eſt ius quæſitum, ità in terminis decidit *Rota penes Duranum deciſ.463.n.7.par.2. recedendo* à deciſis in eadem cauſa,& coram eodem *in d.deciſ.415.eadem parte 2.*

Et ità vtraque parte informante deciſum fuit,&c. & ſententiam laudan.



ARGVMENTVM.

Manutentio quando contra hæredem concedenda.

SVMMARIVM.

1 MAnutentio non datur non poſſidenti
2 Teſtis vnus ſufficit ad obtinendā manutentionem,
3 Teſtis,etiam minus idoneus, ſatis eſt ad manutentionem,
4 Teſtis inquilinus vnus probat, ad obtinendam manutentionem,
5 Teſtis vnus non probat in manutentione,quando habet intereſſe in cauſa.
6 Teſtis deponens vltra articulata non probat,
7 Confeſſio propria optima probatio.
8 Obitus probatur per fidem Parochi.
9 Poſſeſſio contra defunctum probanda eſt, ad obtinendam manutentionem contra illius hæredem.
10 Qualitas hæreditaria probanda eſt in hærede,vt contra ipſum detur manutentio ex perſona defuncti.
11 Exactio pecuniarum ad hæreditatem ſpectantium, & poſſeſſio bonorum hæreditariorum,cum ſint actus æquiuoci, non probant aditionem hæreditatis.
12 Acta in alio Iudicio geſta, etiam inter eaſdem perſonas non probant.

PLACITVM. XXX.

CVm intentaſſet R. Abbas D. Carolus Antonius de Marra V.I.D.Archidiaconus huius Cathedralis Eccleſiæ Neritonen. iudicium iactationum ex *l. diffamari C.de ingenuis.& manum. & l. ſi contendat ff. de fideiuſſ.* aduerſus Venerabilē Conuentum S. Franciſci de Aſſiſio Fratrum Conuentualium eiuſdem Ciuitatis ſuper exactione annui cenſus ducatorum nouem ex capitali pretio ducatorum centum ex maiori ſumma per q. N. de Marra eiuſdem R. Abbatis auum, & alios correos debita, petijt Conuentus manuteneri interim in quaſi poſſeſſione exigendi d.annuum cenſum, ac propterea ſuſpenſo Iudicio iactationum pronunciari ſuper poſſeſſorio manutenēdæ, & inſtructo proceſſu, quærebatur an eſſet concedendum Conuentui petitum mandatum de manutenendo;an verò eſſet Archidiacono abſolutoria,& ſeruatis ſer-

seruandis fuit denegatum fratribus di
cti Conuentus mandatum de manute-
nendo, & cōcessa Archidiacono de Mar-
ra absolutoria.

Non enim iustificabat Conuentus
suam possessionem, ad effectum obtinen-
di manutentionem aduersus d.R. Abba-
1 tem de Marra; manutentio namque non
conceditur non possidenti §. *retinendæ
Instit.de Interdict.Caputaq decis.198.n.1.
par.2.Rota penès Card.Ottbob. decis. 227.
n.3.& decis.34.n.2.& decis.155.n. 27.&
decis.158.n.18.inter eius impressas.*

Et licèt Conuentus intenderet manu-
teneri aduersus R. Abbatem de Marra in
quasi possessione exigendi dictum an-
nuum censum tàm ex propria persona
eiusdem Abbatis, quàm vti hæredis Io:
Aloysij eius patris, tamen probationes,
& iustificationes adductæ non videban-
tur releuantes.

Non equidem quòad primum ex pro-
pria persona, quia ad iustificādum quasi
possessionem exigendi à d Archidiacono
de Marra, nihil releuans concludebant
testes,& nihil de solutionibus deponunt
quinimò, neq; per Conuentum fuit hoc
articulatum.

Nec obstat depositio Iosephi Trenta,
conductoris cuiusdam apothecæ, per d.
Abb.de Marra possessæ.deponentis,se sol-
uisse de ordine eiusdem d. Venerabili
Conuentui de mercede d. conductionis;
2 quia licèt,ad effectum obtinendi manu-
tentionem,sufficeret vnus testis *Post.de
3 manu.. obser.* 38,*n.* 19. etiam minùs ido-
4 neus,idem *ibidem*,& eo vel maximè quā-
do inquilinus *ibid. nu.* 20.non procedit,
5 quando testis habet interesse in causa,
prout esset huiusmodi testis,deponendo
ad sui fauorem, soluisse de pensionibus
per ipsum debitis *Post. de manut. obser.*
6 35.*n.*56. *& seqq.* Præterea cum deponat
vltro articulata,videtur vltroneus,atque
adeo non probat *Marius Anton. var. re-
sol.lib.*2.*resol.* 40. *nu.* 21. & in omnem
euentum eius depositio non videtur cō-
cludens, sed turbida; deponit enim,se
tenere in conductione quandam apo-
thecam,à q. Aloysio Marra conductam,
eamq; nunc possideri per d.Abb.de Mar-
ra,& Io:Andream de Marra eius filios,&
subdit de eorum ordine soluisse fratribus
d.Venerab.Cōuentus. Illud autem,quod
posset ex dicta depositione oriri ad fa-
uorem fratrum Conuentualium, tollitur
ex ipsorum Confessione,in apocis de re-
cepto emanata per Fr. Bonauenturam
procuratorem Conuentus, eorundem
nomine factis, in quibus fatetur se rece-
pisse summas in eis contentas à d An-
drea,nulla facta mentione de d Abb.de
7 Marra,& cum sit propria confessio acto-
ris, nulla posset ea probatio excogitari
maior *Rota decis.*227.*n.* 11. *& decis.* 218.
n.4.par.9.tom.1.recent.

Minus obstat, eas non esse in forma
valida,sed informes, & priuatas scriptu-
ras, quia pars ex aduerso citata nihil
aduersus eas opposuit.

Neque concedi potuit manutentio
aduersus d Abb. de Marra,tanquam hæ-
redem Io:Aloysij sui patris, quia ad ob-
tinendam manutentionem, ex hoc capi-
te iustificanda erat quasi possessio exi-
gendi à d.Io: Aloysio,ad quàm proban-
dam solum adducebantur partitæ libro-
rum Conuentus, in quibus adnotantur
exactiones minùs legitimè extractæ; &
nihilominus, quando essent in forma
valida, earum fides reddebatur incōstās,
quia ex eis apparet,Canonem exegisse
procuratorem à d. Io: Aloysio vsque ad
annum 1669. & ex fide Sacristæ,in actis
exhibita liquet d Io: Aloysium quatuor
8 ante ānis decessisse,quæ fides plenè pro-
bat obitum.*Rota* penès *S m.Greg XV.de-
cis.*78.*n.*2.*& ibi Annot.* *& decis.* 359.*n.*5.
9 *&* 9. necessariò probanda erat possessio
in fratribus contra d. Io: Aloysiū defū-
ctū, ad effectū obtinendi manutentionē
contra illius hæredem, & successores.
Rota penès *Greg. XV. dec s.*313.*n.*3. vbi
Annot. n. 6. quando autem ea probata
esset concludenter, non propterea dan-
da esset manutentio aduersus d. Abb.de
Marra,nisi quatenus esset illius authoris
10 hæres, & ad hunc effectum probanda
erat omnino in Reo qualitas hæredita-
ria *Rota in terminis decis* 95. *nu.*9. *&* 13.
coram Card. Ottbob. inter eius impressas,
quæ tamen qualitas non iustificabatur.

Neque testes,ad hoc probandum ad-
ducti,deponentes d Abb. de Marra cum
eius fratre Io:Andrea, & sororibus pos-
sidere bona ad hæreditatem eorum pa-
tris pertinentia, & exegisse pecunias hæ-
reditarias veluti d Apothecæ,& alterius
pensiones; quicquam releuant,nam exa-
11 ctio pecuniarum ad hæreditatem per-
tinentium, & possessio bonorum hæredi-
tariorum cum sint actus æquiuoci non
probant aditionem hæreditatis *Greg.
XV. dec.s.*165.*n.*3. *& per totam.*

Mi-

Minus exemplum sumptum ex actis, in alio Iudicio gestis in quibus d.R. Ab. de Marra fatetur se esse hæredem d. Io:
12 Aloysij,quia sunt acta gesta in alio Iudicio, vndè non probant,etiam si gesta essent inter easdem personas *Rota decis. 282.n.3.par.8. recent.*

Et ità fuit resolutum vtraque parte informante.

Argumentum ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *F*Enestram aperire nemini licet, ne in *suo quidem muro,si noceat vicino.*
2 Textus *in* l.altius C. de seruit.& aqua *procedit in suo casu.*
3 *Fenestra fieri nequit, vbi non conuenit esse.*
4 *Præsertim si indè puellæ vicinæ inspiciantur.*

PLACITVM. XXXI.

CVm R.D. Franciscus Antonius Preite I.V.D. Archidiaconus Terræ Cupertini aperuisset Fenestram in pariete propriæ domus, vnde prospici possent de facili domus D. Francisci Piccione à conspectu positæ, & aliorum vicinorum, instabant idem D.Piccione sibi concedi interdictum *quod vi aut clam* aduersus opus iam factum, dubitabatur an concedendum esset, & censui affirmatiuè.

Quia cum ex fenestra huiusmodi possit D.Franciscus Antonius introspicere • domos D.Francisci Piccione,& aliorum
1 vicinorum, non licet ei, ne in suo quidem muro, fenestram aperire *textus est*
2 *apertus in l.de pupillo §. meminisse vers.at si in suos* his verbis: *At si in suo quid faciat,quod nobis noceat,tunc noui operis nūciatio erit necessaria ff. de operis noui nunciat.*

Nec obstat *textus in l. altius C. de seruit. & aqua*, quia præterquamquod loquitur in suo casu ædificandi altius, vnde non videtur extendendus ad aliud, quia facultas illa,tributa cuilibet,faciendi in suo quicquid vellet, non procedit,
3 si fenestra fiat in loco,vbi non consueuit esse, prout in casu euenit,& facta nocet vicinis *Capolla de seruit. verb. præd. cap. 63.n.2.vers.2. fallit.*

4 Præterea in domibus d. D. Piccione, & suarum sororum adsunt puellæ, quæ ex fenestra videntur,cum in propria domo sua operantur exercitia, vnde benè fit,vt ipsi D.Preite non liceret fenestram prædictam aperire *Capolla ibid.vers. tertio fallit.*

Accedit,quia satis consultum est domui ipsius D. Preite ad hauriendum lumen ex duabus fenestris ex parte Austri, & Orientis, quapropter conuenit abstinere ab huiusmodi fenestra Aquilonari, vnde tanta mala de facili pandeRentur.

Et ità vtraque parte,&c.

ARGVMENTVM.

Creditor non tenetur iurare,quando habet publicum instrumentum pro se: Beneficium *auth. hoc nisi debitor, C. de solution.* quando intret?

SVMMARIVM.

1 *C*Reditor regulariter tenetur iurare,an aliquid sibi solutum sit.
2 *Nisi pro se publicum haberet instrumentum.*
3 *Instrumentum publicum facit probationem probatam.*
4 *Beneficium* auth.hoc nisi debitor C.de solutionib. *excluditur à iuramento in obligatione adiecto.*
5 *Beneficium* auth. *hoc nisi non competit, si ei renunciatum sit.*
6 *Et sufficit renunciatio generalis (omni legum auxilio) nec requiritur specialis.*
7 *Requisita ad effectum, vt intret huius* Auth. hoc nisi debitor, *beneficium.*
8 *Emptor bonorum perquirendus est, vt intret dispositio huius* textus auth.hoc nisi debitor.

PLACITVM. XXXII.

ADuersus exequutionem,factam ad instantiam Cler. Pompeij Paladini de Lycio creditoris in ducatis centum septuaginta quinque in vim vnius obligationis penès acta Curiæ Episcopalis Lycien. sub die 26.Septembris 1671. & in alijs ducatis octoginta septem, & granis sexaginta vigore alterius obligationis sub eodem die, & anno, opposuit D. An-

Andreas Castriota debitor, post factam exequutionem virtute litterarum exequutorialium, duas exceptiones, prima io summis dictis esse inclusum interesse, & cum creditum sit ex mutuo, non debentur vsuræ, secundam conditionaliter ad primam, supposita existentia crediti, ex tunc offerebat bona sua stabilia in satisfactionem crediti, volens frui beneficio *auth. hoc nisi debitor C. de solut.* ad probandam primam exceptionem petebat iuramentum partis dubitabatur, an esset locus petito iuramento, & an intraret dispositio *auth.* hoc nisi debitor, & fuit resolutum pro negatiua, quòad vtrumq;

1 Et quantum ad primum dubium de deferendo Iuramento creditori, licet regulariter videatur admittendum, teneri creditorem ad iurandum, an ei aliquid fuerit solutum, an integrè satisfactum. *Rebuff. in tit. de lit. oblig. art. 1. glos. 11. n. 3.* hæc tamen regula non procedit absolutè, & multas patitur limitationes, & inter alias est præcipua, vt creditor
2 non teneatur iurare, quādo habet scripturam pro se, vel publicum instrumentū *Ioseph. Ludouic. decis. lucen. 35. nu. 3.* ha-
3 bens enim pro se instrumentum, dicitur habere probationem probatam *Ioseph. Ludouic. ibid. num. 7. Rota Roman.* penès *Card. Ottbob. decis. 199. n. 3.*

Quò verò ad secundam dubij partem non intrat dispositio *d. auth. Hoc*
4 *nisi debitor C. de solut.* tum quia excluditur à iuramento, in obligationibus adiecto *Seraphin. de Iuram. priuilegio 74.*
5 *n. 207.* tum etiam quia D. Andreas eidē beneficio renunciauerat, vt in vtroque casu resoluit S. Rota Romana apud
6 *Greg. à V. decis. 352. n. 5. & 6.* & sufficere ad hunc effectum generalem renunciationem omni legum, & iuris auxilio, tenuit *Rota d. dec. 352. n. 6.*

7 Et insuper deerāt requisita necessaria ad effectum, vt intret dispositio *d. Auth.* hoc nisi enumerata per S. Rotam *decis. 42. par. 1. recent.* & inter alia non dum erat perquisitus emptor bonorum exe-
8 quutorum, neque constat, quòd, facta diligenti inquisitione, emptor inueniri non potuerit *Rota d. decis. 352. n. 3.* & apertè disponitur per *d. Auth. hoc nisi C de solut.* ibi: *Ac si creditor*, & ad hunc effectum reperiendi emptorem, bona exequuta exponuntur venalia, vnde ante quàm subhastarentur, & facta fuerit diligens inquisitio de habendo emptore non esset locus dictæ *auth.* hoc nisi.

Et ità fuit resolutum, &c.

ARGVMENTVM.

Immissio vigore *Saluiani* quibus concurrentibus deneganda non sit. Identitatem bonorum in antiquis probant præsumptiones sumptæ ex processu inter aliòs, & in alia causa gesto, scriptura informis iunctis adminiculis, testes mortui, etiam nulliter examinati. Per clausulam *constituit procuratorem, vt in rem propriam*, exercetur actio directa principalis. Tertius possessor rei censitæ soluens repetit, etiam absque cessione solutum à compossessoribus rerum hypothecatarum instar correorum debendi.

SVMMARIVM.

1 *Immissio ex* Saluiano *quibus concurrentibus deneganda non est.*
2 *Creditum cum hypotheca in* Saluiano *probatur per instrumentum impositionis census.*
3 *Instrumentum publicum facit probationem probatam.*
4 *Possessio venditoris census de tempore venditionis probatur ex eodem instrumento cum clausula constituti.*
5 *Clausula* Constituti *in* Saluiano *probat possessionem, nedum contra constituentem, sed etiam contra hæredes, & causam ab eo habentes, etiam singulares successores.*
6 *Possessio Rei recens probatur per testes, vel sustentationem litis, iunctis adminiculis.*
7 *Confessione propria iudiciali nulla lucidior probatio.*
8 *Sumptum ex processu, etiam de partibus, benè confectio, quando non dubitatur de fide.*
9 *Testes examinati in alio Iudicio, etiam inter easdem personas, non probant.*
10 *Identitas bonorum in* Saluiano *leuioribus*

ribus probationibus contenta est.

11 *Præsertim in antiquis.*

12 *Præsumptiones in* Saluiano *probant identitatem in antiquis.*

13 *Fama publica in antiquis plenam facit probationem.*

14 *Tempus antiquum dicitur etiam non vltra centum annorum ad probandam identitatem in antiquis.*

15 *Tempus sexaginta annorum dicitur antiquum in materia probationis per testes.*

16 *Identitas bonorum solis coniecturis, & præsumptionibus probatur in antiquis vltra centum annos.*

17 *Sumptum ex processu inter alios, & in alia causa probant in antiquis.*

18 *Scriptura etiam informis concurrentibus adminiculis, probat in antiquis.*

19 *Præsumptiones, sententia inter alios lata, & testes etiam mortui, etiam nulliter examinati probant confines in antiquis.*

20 *Clausula* cōstituit procuratorem vt in rem propriam, *operatur, vt nedum iure cesso, sed etiam actione directa agi possit.*

21 *Tertius possessor, soluens pro debitore, repetit solutum sine cessione.*

22 *Tertius possessor ad soluendum coactus potest sine cessione agere contra compossessores rerum hypothecatarum instar correorum.*

23 *Possessores omnes rerum hypothecatarum censentur correi debendi.*

PLACITVM. XXXIII.

EMerat de anno 1547. die vltimo mensis Nouembris Antonia Mancarella de Ciuitate Lytij annuum censum ducatorum centum pro pretio ducatorum mille à Iulia Manerio, & sex alijs viris de hac Ciuitate Neriti; in anno postea sequenti 1548. die 10. Iulij eundem annuum censum donauit Donato de Garrisio suo Nepoti ex filio suo Lupo Antonio primogenito; hic ex huiusmodi capitali pretio ducatorum mille dedit in solutum ducatos ducentos viginti Antoniæ Perondinæ de Lycio creditrici dicti Lupi Antonij sui patris viæ clausorij eidem Antoniæ dati, & deinde euicti per actum sub die tertio mensis Decembris 1595. hanc eandem summam capitalis ducatorum ducentorum viginti capitalis cum suo annuo censu ducatorum decem, & nouem, & granorum octoginta legauit eadem Antonia Perondina D. Francisco Antonio Paternello Canonico Cathedralis Lycien. cum onere celebrandi missas duas in qualibet hebdomoda post suum obitum, quousque reseruauit sibi vsumfructum dicti annui census, ea lege adiecta, vt ipse Abbas Paternellus possit sibi eligere successorem, post cuius obitum, siuè facta, siuè non facta electione, vocauit ad idē legatum R. Capitulum dictæ Cathedralis Lycien. vt ex actu dispositionis rogato sub die 13. Iulij 1617. apparet. Capitulum denique Lycien. facto casu deuolutionis pro consequutione huiusmodi census conuenit in Tribunali R. Fabricæ Ioannellam de Sambiasi matrem V.I.D. Io: Thomæ, & Cler. Iosephi Zurlo, tanquam possidtricem ruris, vulgo Massaria delli Manieri, siti in territorio huius Ciuitatis Neritonen. iuxta bona Angeli de Nuzzo, bona Abbatis Antonij de Vico viam publicam, & alios confines, iam hypothecati dicto annuo censui per d. Iulium Maneriū ad fauorē Mancarellæ, ad soluendum annualitates d. census & agnoscentes Zurlo fratres bonum Ius R. Capituli, inierūt transactionē cum Oeconomo R. Fabricæ pro annualitatibus ad ipsā pertinentibus in ducatis centū, quibus solutis, obtinuerunt cessionē Iuriū ab eadem R. Fabrica, & exinde se obligauerunt soluere eidem R Capitulo annualitates d. census annorum ducatorum decem, & nouem, & granorum octoginta, & sic semper seruauerunt, & adhuc d. Io: Thomas superstes seruat, & intendens recuperare tàm annualitates hucusque solutas, quàm dictos ducatos centum R. Fabricæ solutos, instabat in hac Episcopali Curia Neritonen, sibi cōcedi immissionem in vim *Saluiani Interdicti* in possessionem dicti ruris aduersus D. Thomam Boncore illius possessorem, eique concedendam esse petitam immissionem in possessionem dicti ruris, fuit decisum.

1 Constare namque visum fuit de extremis, in hoc iudicio *Saluiani* requisitis, nempè de credito cum hypotheca, possessione debitoris principalis de tempore obligationis, & moderna possessione Rei in ius vocati, quibus concurrentibus immissio ex *Saluiano* deneganda non est *Card. Otthob. decis. 156. n. 1. & decis. 173. n. 1. & 2. inter eius impressas* Creditum enim cum hypotheca ad fauorem d. V.I D Io: Thomæ Zurlo cessionarij, agētis iure sibi cesso à R. Capitulo Lycien. lega-

legatario d.q. Antoniæ Perondinæ dictorum annuorum ducatorum decem, & nouem, & granorum octogiuta pro capitali pretio ducatorum ducentorum
2 vigiuti dependen ex summa ducatorum mille iustificatur ex publico instrumento impositionis census, de quo agitur ad fauorem Antoniæ Maucarellæ de anno 1547. *Rota* penès *Em. Card. Ottbob. decis.*
3 *79. n. 1. inter eius impressas* quandoquidè instrumentum, cum sit publicum, facit probationem probatam, prout in puncto de *Saluiano* teuet *Rota decis.* 324. *n.* 1. *par.* 9. *tom.* 2. *recent.* & alibi passim.
4 Quod autem D. Iulius Mauetius possederit de tempore obligationis dictum rus, seù Massariam, constat ex eodem instrumento venditionis census cum clausula constituti *Rota decis.* 95. *nu.* 1. *decis.* 156. *n.* 5. *post Cæc. de Censib. & decis.* 1415. *n.* 2. apud *Seraphin. & decis.* 412. *nu.* 3. *& decis.* 539 *n.* 2. *par.* 4. *& decis.* 304. *n.* 2. *par.* 9. *tom.* 2. *recent. & inter impressas Card.*
5 *Otthob. decis.* 156. & clausula constituti probat ad hunc effectum possessionem nedum contra constituentem, sed etiam contra hæredes, & alios causam ab eo habentes, etiam si sint singulares successores. *Rota decis.* 987. *n.* 4 *par.* 1. *recent. Duran. decis.* 49. *n.* 3. *Ridolphin. prax. par.* 2. *cap.* 5. *n.* 37. *&* 38.
6 Posterior verò possessio D. Thomæ Boncore rei probatur per testes ritè examinatos *Card. Ottobon. d. decis.* 79. *nu.* 3. præter litis sustentationem, quæ ad hunc effectum sola sufficeret iunctis adminiculis *Rota d. decis.* 79. *n.* 4. *& decis.* 256. *n.* 7. accedit etiam iudicialis confessio ipsius D. Thomæ, qui fatetur se possidere rus prædictum pro quarta parte vnitim cum fratre, & duabus sororibus, qua
7 quidem confessione propria, & Iudiciali nulla maior, siuè lucidior probatio dari potest *Rota* apud *S. M. Greg. XV. decis.* 414. *n.* 14. *& decis.* 218. *la prima n.* 14. *par.* 9. *tom.* 1. *recent. ex text. in cap. per tuas ext. de probat.*

Identitas verò bonorum, & d. ruris, seù Massariæ, ad fundandum esse nunc penès D. Thomam Boncore possessionem ruris, quæ de tempore impositionis census attinebat penès principalem debitorem, iustificatur ex depositione testium, licèt in alio iudicio examinatorum in eadem causa contra Io: Thomam Boncore, atium d.D. Thomæ legitimè extracta; sumptum enim ex aliquo processu legitimè confecto probat, quando processus
8 est benè confectus, nec dubitatur de fide registratorum, tunc enim adhibenda est fides iuribus restigratis, & scripturis exemplatis; etiam in processu de partibus *Verall. decis.* 33. *par.* 2. *Rota* allegata per *Ridolphin. in praxi par.* 1. *c.* 12. *n.* 197.
9 Nec obstat, quòd testes huiusmodi sint in alio iudicio, & inter alias personas examinati, atque adeo non probant, etiam inter easdem personas *Rota decis.* 282. *n.* 3. *par.* 8. *recent.* Quia quicquid sit in materia recenti, & diuersa à nostra,
10 identitas bonorum huiusmodi in *Saluiano*, ad fundandam possessionem in Iulio debitore principali esse penès D. Thomam, leuioribus contenta est probationibus *Affl. decis.* 23. *num* 2. *Rota post Pacif. de Saluian. interd. decis.* 294. *nu.* 3.
11 præsertim in antiquis *Rota decis.* 417. *n.* 8. *par.* 4. *tom.* 2. *recent* propter difficultatem probationis, *& decis* 312 *n.* 3. *par.* 7. *recent.* non enim ità rigidæ requiruntur probationes, ad probandam identitatem bonorum in antiquis; sed sufficiūt
12 præsumptiones *Rota decis.* 42. *n.* 7. *& decis.* 160. *n.* 6 *par.* 5. *recent. & decis.* 424. *n.* 5. *ead. par.* 5. *tom.* 2. *& decis.* 164 *n.* 38. *par.* 6.
13 *& decis* 310. *n.* 49. *ead. par.* 6. *recent.* adeò vt probatio publicæ vocis, & famæ in re antiqua plenam faceret probationem *Rota d. decis.* 142 *n.* 2. *par.* 5. *tom.* 2. *recent.*
14 & ad hunc effectum non requiritur tempus vltra centum annos *Rota d. decis.*
15 164. *n.* 39. *par.* 6. *recent* sed sufficeret tempus sexaginta annorum, vt dicatur antiquum in materia probationum, facienda per testes *Rota d. decis.* 414. *nu.* 3.
16 *par.* 5. *tom.* 2. *recent.* & cum simus in materia adeo antiqua, vt excedat tempus centum, & viginti annorum, identitas bonorum in casu benè probaretur solis coniecturis, & præsumptionibus, *cap. cum causam extr. de probat. Rota decis.* 144. *n.* 8. *par.* 9. *tom.* 1. *recent. & decis.*
17 467. *n.* 4. *ead. par.* 9. *tom.* 2. & sumptum exemplum ex processu, inter alios, & in alia causa confecto, probat *Ridolph. in prax. iudic. par.* 1. *cap.* 12. *n.* 198 qui *n.* 200.
18 subdit, scripturam etiam informem probare concurrentibus adminiculis,
19 & strictius, quòd in materia confinium sufficiaut præsumptiones, sententia inter alios, & testes etiam mortui, etiam nulliter examinati, firmauit *Rota decis.* 434. *penès S. M. Greg. XV. n.* 5. vbi *Annot. num.* 18.

Minus obstat, quod in Zurlum non appareat facta iurium cessio per d. R. Capitulum Lycien. atque adeo agere nequeat, quia licèt in dispositiua non sit appositum verbum cessit, in narratiua tamen, & per totam texturam contractus videtur id solũ actũ esse; prætera adest in dispositiua clausula *consti-*
10 *tuit procuratorem vt in rem propriam*, cuius virtute nedum agit iure cesso, sed directa actione principalis creditoris personali, latè *Bertazzol. clauf. 28, glof. 2, Gratian. discept. foren. cap. 20. n. 19. & 20.*
11 & in omnem euentum cum Zurlus, siuè eius mater Ioannella vti tertius possessor hypothecatorum bonorum coactus, & adstrictus fuit soluere, & sit iustus possessor, posset etiam sine cessione solutum repetere *Anton. de Amat. resolut. 37. n. 22, Grat. discept. forens. cap. 701. n. 4.* apud *Alphons. de Olea de cession. iur. & act. tit. 5. q. 4 nu. 39.*

Neque demum obstat, D. Thomam Boncore esse tertium hypothecæ possessorem, ac propterea non posse compelli ad soluendum debitum prædictum,
12 quia cum Zurlus sit etiam tertius possessor hypothecæ. & ad soluendum compulsus, sicut potest sine cessione, sic etiam potest contra principalem debitorem, eiusq; hæredes, & contra alios compossessores rerum hypothecatarum agere instar correi, qui à creditore pulsatus
13 solidum soluit, quasi videantur omnes possessores correi debendi *Antonin. de Amat. & Grat. loco cit.* eo modo, quo agere posset, si cessionem habuisset *Alphons. de Olea loc. cit.*

Et ità fuit decisum vtraque parte pluriès informante, &c.

ARGVMENTVM.

Testium examinatorum repetitio, post didicita testificata, quando concedenda sit.

SVMMARIVM.

1 *PVblicatis attestationibus non licet siuè super nouis, siuè super antiquis articulis testes examinare.*
2 *Testes examinati iterum repeti non possunt.*
3 *Testium repetitio non admittitur, nisi prius decretum fuerit super nullitate examinis.*
4 *Quæ nullitas requiratur ad inualidandum examen testium.*
5 *Dolo, aut negligentia examinatoris testes examinati repeti possunt.*
6 *Quæ incontinenti fiunt in esse censentur.*
7 *Actus quando dicatur factus incontinenti.*
8 *Parti imputanda est culpa, non Iuduci, si testes in termino examinare non curauit.*
9 *Testis censetur plenè interrogatus, si non explicitè, sed relatiuè ad articulos deponat,*

PLACITVM. XXXIV.

PEndente iudicio in hac Episcopali Curia Neritonen. inter Io: Vincentium dell'Abbate actorem, & R D. Io: Donatum Farina reum de hac Ciuitate super relaxactione quarundam terrarum seminatoriarum, & oliuarum ex causa, & titulo emptionis inter eos initæ, & perfectæ, vt prætenditur, nullis tamen super hoc documentis gestis, actum est ad iustificandum contractum per testes; quorum attestationibus publicatis, aduertit actor non plenè testes deposuisse, & in quampluribus articulis non per extensum sed sub hac forma, *super tali interrogatus, dixit, nescire*, vnde instabat repeti testes tanquam nulliter examinatos, & non plenè interrogatos; hinc dubitabatur, an huiusmodi examen esset nullum, ac propterea repetendum; Secundò an per illam formulam interrogatus, dixit, nestire, censeatur testis plenè interrogatus super contentis in articulo.

Et quantum attiner ad primum dubium censui, examen huiusmodi non esse iterandum; erant enim iam ritè publica-
1 tæ attestationes, quibus publicatis, non licet nouos, siuè antiquos testes examinare, per *text. in cap. fraternitatis*, vbi *glos.*
2 *& Canonistæ* communitèr *de testib.* & in terminis repetitionis testium iam examinatorum, *textus* est in puncto *in cap. per tuas, extr. de testib. Io: Baptist. Ciarlin. contr. foren. cap. 96. n. 1*, ad euitandum timorem subornationis, *Clem. final. de testib. Farinac. de testib. q. 75. n. 69. Greg. XV.*
3 *decis. 497. nu. 1.* Et ad effectum vt testes semel examinati possent super iisdem articulis repeti, necessariò pronunciandum erat super nullitate examinis, *Crauett. cons. 976. n. 12, Caualcan. de testib. par. 4. n. 191.*

4 *n.191*. nec sufficeret nullitas qualiscunque, sed requireretur vt examen ipsum esset penitus nullum, & ipso iure inefficax, veluti si nondum lite contestata, vel à non habente iurisdictionem testes fuerint examinati *glos. in cap. cum causa verb. voluerint in fine de testib. & in glos. in clem. fin. cit. verb. ritè eod tit. Farinac.* & alij apud eundem *Ciarlin. ibid n.* 10 siuè
5 quando Iudicis, vel examinatoris dolo, aut negligentia non fuissent ritè examinati, vt apertè disponitur in *cit. cap. per tuas in fine*, quarum altera, & non alia nullitas est necessaria, ad obtinendam repetitionem testium iam examinatorum post didicita testificata, at neutra in causa concurrit, non prima de dolo, aut negligentia Iudicis, cum non interfuerit examini, vt patet ex ijsdem attestationibus; non examinatoris, vt patebit in resolutione ad secundum dubium, non ergo videtur concedenda repetitio.

Nec obstat defectus requisitoriæ testium cum præmnitione diei, horæ & loci, quia pars ipsa ex aduerso fuit per examinatorem requisita, eodem momento, quo examen inchoabatur vt liquet.

Minus obstat, quòd examen fuerit triduo post lapsum termini inchoatum, quia terminus nōdum erat lapsus, cuius cursus fuit suspensus per concessionem articulorum ad formanda interrogatoria, quæ cum concernat examen ipsum, videntur termini induciæ extensæ; prop-
6 terea quæ incontinenti fiunt, inesse cen-
7 sentur *cap. propterea de testib.* & incontinenti censetur actus gestus, si in triduo post lapsum termini fiat *glos. in cap. quia propter verb. mox ext. de elect.*

8 Et in omnem euentum cum hæc nullitas orta fuerit culpa partis, quæ testes in termino producere non curauit, & post terminum produxit, sibi imputandum est; vnde nullitas hæc partis, non Iudicis, siuè examinatoris dicenda est, vt in simili dixit idem *Ciarlin. ibid. n.* 12.

Quòad secundum ex formula illa verborum, *interrogatus super tali articulo dixit nescire*, videbatur testis plenè interrogatus, ac propterea excludenda est petita repetitio, nā quod fuerit interrogatus testis, non potest ambigi, cum expressè dicatur, *interrogatus*, cum igitur constet de substantia, præsumenda est etiam cir-
9 cumstantia, & in terminis de teste deponenti, contenta in articulo, esse vera, etiam si explicitè per extensum non deponat, tenuit sæpius *Rota* teste *B. ltramin ad S. M. Greg. XV. decis. 573. nu. 13. lit A. vbi subditur* ab hac opinione non esse recedendum; licèt plures in oppositum sentientes referat *Farinac. de testib. q. 80.* fuerunt tamen testes per me ex officio interrogati.

Et ità fuit decisum vtraque parte informante, &c.

Summarium pro Argumento.

1 *Calculus, siuè sententia, lata à calculatore, siuè Rationali, habet exequutionem paratam eique standum est.*

2 *Calculator electus à partibus censetur arbitrator.*

3 *Calculator electus à partibus potest sententiam proferre, & partem alteri condemnare.*

4 *Appellatio suspensiua non datur à sententia computistæ, & Calculatoris.*

PLACITVM. XXXV.

INstante Venerabili Monasterio Sanctimonialium huius Ciuitatis ordinis S. Claræ pro exequutione litterarū significatorialium aduersus N. iam procuratorem d. Venerabilis Monasterij, & administratoris per triennium & vltra bonorum, pro ducatis mille septingentis septuaginta, condemnatum per computistam, & Rationalem electum per hanc Episcopalem Curiam, etiam de consensu partis vtriusque, non obstante appellatione à dicta condemnatione, per d. Procuratorem interposita, fuit dubitatum, an huiusmodi litteræ significatoriales essent exequutioni demandandæ, & fuit resolutum affirmatiuè.

1 Nam cum Calculator deputatus processerit tanquam deputatus à Iudice, & ab eo Commissarius, standum est eius calculo, & sententia, siuè calculus ab eo latus, habet paratam exequutionem *Corn. in l. aduersus 2. C. de vsur. & fruct. leg.* quem refert, & sequitur *Neuilon. cons. 94. incipien. opponitur n. 18.*

Accedit quia Calculator processit, nedum tanquam deputatus à Iudice, verum etiam tanquam electus de consensu vtriusque partis ad calculandum,
2 & videndum rationes, & computa, atque adeò censetur esse arbitrator *Alexand. cons. 21. incipien. considerat. nu. 8.*

vers.

vers. nunc descendo ad tertium. & nu 12.
3 *lib.7.* vbi subdir posse huiusmodi calculatorem non solum calculare, sed etiam discernere,quæ expensæ, & debita essent admittenda *Alexan.ibid.n.11* & sententiam proferre partem vnam alteri condemnando *Paulus Castr. in l. si cui libertas ff.de condit.& demonstr.* apud *Beneen, Stracca de Mercat. par.2.n. 67.*

Nec appellatio interposita retardare potest harum litterarum exequutioné;cũ ab huiusmodi sententia computistæ, & calculatoris appellatio suspensiua non detur *Sigismund.Scaccia de appellat.lib.3. cap.2.q.17 limit.35.n.1. & seqq.*

Et ità vtraque parte,&c.

ARGVMENTVM.

Manutentio deneganda non est cessionario in quasi possessione exigendi censum ex persona, & iudicio, moto per cedentem, & contra possessorem rei censitæ ex solutionibus factis per eius authorem. Possessio in incorporalibus transfertur sine apprehensione.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio possidenti deneganda non est.*
2 *Confessio extraiudicialis sine præsente parte, sine absente probat de æquitate Canonica.*
3 *Confessio extraiudicialis per duos testes probata, facit de rigore Iuris semiplenam probationem, etiam ad effectum obligandi.*
4 *Probat autem plenè ad liberandum.*
5 *Iuncta aliquibus adminiculis probat plenè.*
6 *Et cum vno teste de visu.*
7 *Cessionarius innatur possessione cedentis, ad effectum manutentionis.*
8 *Manutentio debetur cessionario ex persona, & iudicio moto per cedentem.*
9 *Possessio cedentis transfertur in cessionarium sine apprehensione in incorporalibus.*
10 *Cessio est loco veræ traditionis in incorporalibus.*
11 *Manutentio debetur cessionario contra possessorem rei censitæ ex solutionibus, factis per eius authorem.*
12 *Identitas bonorum iustificatur per verificationem duarum demonstrationum.*
13 *Manutentio non est deneganda possessori, licèt per plures annos non exegerit.*
14 *Possessio non censetur interrupta ob non solutionem.*
15 *Fructus non soluti veniunt in iudicio manutentionis.*

PLACITVM. XXXVI.

Disposuit q. Annibal Leuzzi de Terra Galatonæ ad fauorem R.D. Marcelli de Magistris de eadem Terra, & post eius obitum ad fauorem RR. Sacerdotum extra Capitulum Collegiatæ Ecclesiæ Terræ eiusdem, quoddam legatũ cum onere vnius missæ pro defunctis singulis hebdomadibus, in Altari priuilegiato celebrandæ,& pro dote illius ex tunc per actum inter viuos de anno 1649. assignauit inter alios redditus annuum censum carolenorum decem,& octo cum eorum sorte principali ducatorum viginti,venditum per q.Iacobum Antoninm,& Iuliam Buja super quodam clausorio arborum oliuarum quadraginta circiter, sito in territorio dictæ Terræ in feudo Furcignani in loco dicto le Serre, seù Santa Barbara, iuxta oliuas V. I. D. D. Thomæ Megha, nunc hæredum Baronis Dominici Antonij ab Alexandro,oliuas Caroli Epiphani, nũc V. I. D. Augustini de Magistris, & alios confines, ad fauorem q Sabatini Schirinzi de anno 1622. cuius creditoris hæredes cesserunt censum prædictum q. Ioanni Grande, & Filomenæ Goffredo coniugibus de eadem Terra Galatonæ, qui deinum eundem censum cesserunt præfato Annibali Leuzzi de anno 1640. exigendum,& tàm per ipsum, quàm per dictos Io: & Philomenam antea exactũ à q Aemilio de Pandis possessore dicti clausorij censiti, habiti titulo permutationis à dictis q Iacobo Antonio,& Iulia Buia in anno 1626. & post obitum dicti Æmilij à R. D. Iulio Cæsare de Pandis eius filio,& hærede, ac eiusdem clausorij possessore,qui etiam soluit censum prædictum per aliquot annos, & cum defecisset à solutione per annos quosdam huiusmodi census, petijt in hac

hac Episcopali Audientia D. Marcellus
manuteneri in quasi possessione exigen-
di hunc censum, & fuit eidem concessa
manutentio.

1 Constabat enim tàm de quasi posses-
sione exigendi dictum annuum censum
ex persona Annibalis cedentis, quàm
etiam ipsius D. Marcelli cessionarij; vnde
ipsi manutentio tanquam possessori de-
neganda non est *vulg. §. retinendæ Instit.
de Interd. Rota decis. 170. n. 2 par. 8. recent.*
Et possessio quidem Annibalis iustifica-
batur ex depositione vnius testis depo-
nentis, se vidisse d. q. Æmilium soluisse
d. Annibali annuum censum Caroleno-
rum decem, & octo pro causa prædicta;
& ex confessione extraiudiciali ipsius
D. Iulij Cæsaris contitentis se soluisse
Annibali, & D. Marcello, per duos testes
2 verificata, quæ confessio, siuè præsente,
siuè absente parte, emissa, de æquitate
Canonica probat *Paul. Rubens in annot.
ad decis. 282. n. 50. & seqq. par. 9. tom 1.
recent.* vbi inquit sic practicari, & decisũ
in pluribus Tribunalibus Orbis. & præ-
sertim in S. Rotæ Romanæ Auditorio.
3 Et iuris rigore attento, in confesso est
apud omnes, quod confessio extraiudi-
cialis, parte absente lata, per duos testes
conformes iustificata, probat semiplenè
4 *Affl. decis 12. n. 2.* etiam ad effectum obli-
gandi, cum ad effectum obligandi plenè
probat *Vrsill. ad Afflict. decis. 364. nu. 7.* &
5 iuncta cum aliquibus adminiculis pro-
6 bat plenè *Vrsill. ad Afflic. decis. 375. nu. 6.*
& cum vno teste de visu etiam plenè
probat idem *Vrsill ad d. decis. 364.*

Ex hac eadem confessione iustificaba-
tur quasi possessio exigendi eundem an-
nuum censum ex persona ipsiusmet D.
Marcelli iunctis depositionibus duorum
testium deponentium, se audiuisse ipsum
D. Marcellum compensasse annualitates
huius census per aliquot annos cum Sa-
lario, & mercede per ipsum debita ei-
dem D. Iulio Cæsari Ludimagistro, &
præceptori trium eius nepotum, quibus
vnitis, censetur sufficienter probata ma-
nutentio ad effectum manutentionis.

Et quãdo adhuc huiusmodi quasi pos-
sessio ex persona ipsius D. Marcelli non
esset sufficienter probata, ipsi tanquam
cessionario Annibalis cedentis, & in
quasi possessione exigendi existentis, ma-
nutentio deneganda non est, sed omni-
7 nò concedenda, iuuatur enim cessiona-
rius possessione cedentis ad hunc effe-
ctum manutentionis *Post de manut. obs.
55. n. 5. & 6 Cenc. de Censib. par. 2. cap. 2.
8 q. 5. art. 4. n. 6.* eique debetur manutentio,
& ex iudicio moto per cedentem, & ex
eiusdem cedentis persona *Post. loc. cit. n.
46. Rot. post tract. eiusdem decis. 323. in
principio & n. 18* & cum simus in incor-
9 poralibus possessio cedentis transfertur
in cessionarium absque apprehensione
10 *Post. loc. cit. n. 7.* in his namque incor-
poralibus cessio est loco veræ traditionis
*Post. d. obseru. 55. n. 8. Rota decis. 176. n. 15.
par. 8. recent.*

Nec refragatur negatiua possessionis
passiuæ; ipsum scilicet D. Iulium Cæsa-
rem vnquam soluisse; nam præterquam
quòd ex eademmet sua confessione li-
quet contrarium, D. Marcello datur ma-
nutentio in quasi possessione exigendi
censum, tanquam possessori rei censitæ
ex solutionibus factis per q. Æmilium
11 de Pandis eius patrem; censuario nam-
que datur manutentio contra successo-
rem singularem in re censita ex solutio-
nibus factis per authorem; res enim trã-
sit cum onere suo *Post. d. tract. obs. 56. nu.
27.* quod autem D. Iulius Cæsar possi-
deat rem censitam, probant testes ritè
examinati, & identitas eiusdem remanet
iustificata per verificationem duarum
demonstrationum, quæ sufficiunt ad ve-
rificandam identitatem *Cardin. Ottbob.
decis. 143. n. 10. & 12. & decis. 157. nu. 8.
inter eius impressas.*

Minus obstat, d. D. Iulium Cæsarem
cessasse per plures annos à solutione
huius census, vt proinde manutentio
concedenda non sit; quinimò non est
prohibendus D. Marcellus perseuerare
in sua quasi possessione exigendi huius-
modi annuum censum, quamuis per plu-
res annos non exegerit *Gratian. discept.
forens. cap. 113. n. 21. tom. 1. vbi n. 23. ex
Aretin. in l. quemadmodum ante finem ff de
14 acq. poss.* ex non solutione non præsu-
mitur interuersa possessio; vnde in hoc
iudicio manutentionis veniunt omnes
fructus decursi, & census non soluti ante
petitam manutentionem *Cenc. de Censib.
par. 2. cap. 2. q. 5. art. 2. n. 20. Rota* post ip-
sum *decis. 240. & decis. 241 in fine.*

Et ità fuit iudicatum vtraque, &c.

AR-

ARGVMENTVM.

Iuramentum suppletorium, cui deferendum, Actori, an Reo? quæ summa dicatur modica.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum suppletorium datur actori, si semiplenè suam intentionem probauit.*
2 *Non datur Actori si reus plenè probauit.*
3 *Fauorabiliores sunt rei quàm Actores.*
4 *Summa centum aureorum dicitur magna.*
6 *Modica summa censetur vsque ad duos aureos.*
6 *Iuramentum suppletorium non datur, si summa non sit modica.*
7 *Reo digniori, vel æque digno, & honestæ vita datur Iuramentum suppletorium, non Actori.*
8 *Iuramentum suppletorium in qua causa datur.*

PLACITVM XXXVII.

Instabat Io: Vincentius de Abbate de hac Ciuitate Neriti, declarari perfectũ contractum emptionis quarundam terrarum, sibi à R.D. Ioanne Donato Farina de eadem Ciuitate vendirarum; negabatur ex aduerso, venditionem fuisse completam, sed solum deuentum ad tractatum venditionis; & cum existimaret, se non plenè probasse suam intentionem, timendo insuper opponi exceptiones aduersus testes à se productos, petijt sibi deferri Iuramentum suppletorium. Dubitabatur, an esset ei deferendum, & fuit negatiuè decisum.

1 Nam iuramentum huiusmodi tunc datur actori, quando semiplenè probauit suam petitionem ad supplendam plenam probationem, vt exindè ad condamnationem contra reum deueniri possit, suppletur defectus dimidiæ probationis per iuramentum *l. admonendi ff. de iureiur.* ne illa dimidia probatio
2 periret; nam hoc procedit, quando actor semiplenè probauit, & reus nihil deduxit, vt doctissimè quidem aduertit Celebris nostri æui I. C. *D. Nicolaus Vincentius Scoppa in obseruat. ad decis. Gratian. obseru. 36. nu. 40.* At in casu, reus plenè fundauerat suam intentionem, vnde ipsi
3 deferendum erat iuramentum; quia causa reorum fauorabilior est, *l. fauorabiliores, ff. de reg. Iur.* vt benè discurrit *Faechin. contr. iur. cap. 18. per totum lib. 1.* Cæteroqui si iuramentum huiusmodi deferendum esset, reo ipsi daretur, quia summa, de qua agitur, non est modica,
4 excedit enim summam ducatorum centum viginti, quæ summa cẽsetur magna,
5 & non modica, reputaretur namque modica vsque ad duos aureos *l. idest ibi idest vsque ad duos aureos ff. de dolo malo* iunctis verbis finalibus legis præcedentis ibi: *nam esse in primis si modica summa*
6 *sit*; ac iuramentum hoc non datur nisi summa sit modica, *glos. in l. admonendi verb. exacto vers. alias aut de iure iur. Ridolph in prax. par. 2. cap. 4. n. 150.*
7 Et cum d.D. Ioannes Donatus Farina reus sit Sacerdos, atque adeò, quando cætera essent paria, dignior nedum actore, sed quolibet alio sæculari, ipsi procul dubio non actori iuramentum deferendum esset, *glos. in d l admonendi vers. alias eit.* tàm in contractibus bonæ fidei, quàm stricti iuris, delictis, & quasi delictis *glos in d. l. admonendi ex text. in l. in bonæ fidei 3. C. de reb. credit. & iureiur.* & probaut DD. quos sequitur laudatus D. Scoppa vbi supr. qui plenissimè, & doctissimè agit de materia huius iuramento suppletorij ad ornatum *text. in d. l. admonendi.*

Et ità fuit decisum, &c.

ARGVMENTVM.

Quando possit pater filio impuberi sepulturam eligere.

1 *Pater potest filio impuberi viuenti sepulturam eligere, secùs verò post mortem, &* n. 14 de mente S. Congreg.
2 *Etiam in Ecclesia Regularium.*
3 *Textus in* cap. licet 4. de sepult. in 6. *quomodo procedat.*
4 *Consuetudo est omnino iustificanda.*
5 *Sepulturæ electio, facta per patrem filio impuberi post eius mortem, eatenus valet, quatenus ità dictet consuetudo loci, &* nu. 16.
6 *Electio sepulturæ minus solemniter facta, siuè sine scriptis valet.*
7 *Sepulturæ electio potest adultis per Domi-*

minum, amicum, siuè consanguineum fieri.

8 *Pater potest pro filio impubere testari.*

9 *Sepultura electio est pars vltimæ voluntatis.*

10 D. Alexãder Sperellus decis. 89. n. 13. *examinatur.*

11 *Paruuli in quibus Ecclesijs sepeliantur.*

12 *Non sepeliuntur in Ecclesijs Regularium, nisi adsit consuetudo legitima.*

13 *Consuetudo, in Decreto S. Congregationis supra nu. 1. requisita, quæ intelligenda est.*

14 Decisio S. Rotæ Romanæ coram S. M. Greg. XV. 276. n. 1. *quomodo intelligatur.*

27 Pasqualigus decis. 389. n. 3. *declaratur.*

18 D. Alexander Sperellus d. decis. 89. n. 3. *declaratur.*

PLACITVM. XXXVIII.

DEfuncto N. Montella de Ciuitate Lycij in hac Ciuitate Neriti octanni, pater eius Parocho sciscitanti de sepultura, dum viueret filius, respondit, se iam pro suo filio prouidisse in Ecclesia S. Antonij de Padua Fratrum Minorum de obseruantia Reformatorum, & contendentibus dd. Fratribus, & Procuratore Mensæ Episcopalis, de cuius interesse agebatur, vbi nam sepeliendus esset, firmatum fuit ad fauorem Fratrum prædictorum S. Antonij in quorum Ecclesia pater sepulturam elegerat.

1 Potest namque pater filio suo impuberi sepulturam eligere vbicunque voluerit, filio adhuc viuente etiam in Ecclesijs Regularium, licèt secus sit post mortem, si scilicet mortuo filio fieret electio, vt apertè censuit S. Congregatio *in vna Fulginaten. 27. Octobris 1567. & iterum pro Fratribus Seruitis 6. Decembris 1641. & pro Conuentualibus Montis Pelusi 6. Ianuarij 1659. apud P. Nicolinum Iustit. Canon. lib. 4. tit. 15. de Interd. de sepultur. n. 21. & sub die 20. Ianuarij 1640. idem censuit S. Congregatio Episcoporum,*
2 *& Regul.* sub his verbis *sepulturam eligere licèt parentibus in quacunque Ecclesia voluerint, etiam Regularium pro eorum filijs minoribus, qui ad annos pubertatis nondum peruenerunt, nec à Parochis locorum impediri possunt, aut debent, præsertim si in dictis Regularium Ecclesiis sepeliri cõsueuerunt, vel in eis habeant sepulturam Maiorum.* Hanc resolutionem refert *Barbos. in Summ. Apost. l. c. decis. collect. 673. verb. sepultura n. 14. ex P. Laurentio de Peyrin. de priuilegijs Regularium tom. 3. in fine,* vbi de Decretis nouissimis S. Congreg. *pagina mihi 570.*

3 Neque obstat Constitutio Bonifacij VIII. *in cap. licèt 4. de sepulturis in 6.* per quem *text.* videtur de Iure disponi tunc demum posse patrem filio impuberi de sepultura prouidere, si ità dictet consuetudo Terræ; hac vero cessante, non posse, sed tumulandum esse cum suis Maioribus, vel in Parochiali Ecclesia verba Textus: *licèt pater minores filios, qui nequeunt, antè quàm ad annos pubertatis perueniant, eligere sepulturam, possit, si consuetudo Terræ id habeat, quò voluerit sepelire, hoc tamen non potest, vbi consuetudo huiusmodi non habetur, sed sunt cum suis Maioribus, vel in Parochiali Ecclesia tumulandi,* atque adeò cum in hac Ciuitate non vigeat huiusmodi consuetudo, sin
4 minus non probatur, omnino iustificanda *Sperell. decis. 89. n. 7. & seqq.* vbi etiam latè tradit, qualis esse debeat huiusmodi consuetudo.

Nam textus solum disposuit in dubio, & quæstione de electione, facta per patrem filio impuberi iam defuncto, & hæc non valet de Iure, cum filius iam sit extra mundum, & per mortem soluta sit patria potestas, aliaque iura, per quæ posset pater filio impuberi prouidere,
5 sustineretur autem, si id ferat consuetudo loci, vnde conditio hæc consuetudinis stat ampliatiuè, non limitatiuè.

Et patet euidenter ex fine textus, qui per hanc dispositionem, voluit prospicere impuberibus decedentibus, & de sepultura sibi propter defectum ætatis non valentibus, si decedere contingat, non electa sepultura; hoc enim casu cùm per obitum omnia iura sint soluta, & decedentes ab omni iuris subsidio, & obligatione eximantur, & cæteroqui prouisio de sepultura maximam redolet pietatem, placuit Summo Pontifici, pietatem fidelium vltra vitam, & aras protendere, si tamen ad hoc terræ consuetudo adhibeatur, & quod non poterat ius directè sancire in mortuos, approbando piam consuetudinem disponeret; aliàs enim si textus intelligeretur de electione sepulturæ, facienda ante mortem impuberis per patrem; iam consuetudo hæc non faueret, sed limitaret, & quodam-

modo arctaret pietatem, nam si pater filio impuberi potest de iure, & testamentum facere, & pupillariter substituere, & alia, quæ rigorosiorem iuris dispositionem ferunt, nulla ad hoc prærequisita consuetudine; ad sepulturæ electionem, quo pacto dicendum est requiri; insuper quia multum foueat morientium extremas voluntates; præsertim in sepulturæ electione, cui plurima impertiuntur spe-
6 cialia, vt si minus solemniter fiat electio, sine sine scriptis, vt sæpius S. Congregationem resoluisse referunt *Nicolaus loco sup. cit. & D. Iacob. Pignatellus in suis resolut. consult. 17. per totam*, sic etiam adultis potest electio sepulturæ fieri per alios, videlicet seruo per Dominum, consanguineo per consanguineum, & amico per amicum, si ea consuetudo sit in loco *Ricc. in prax. fori Ecclesiastic. resol. 577. per totam par. 1. Pasqual. g. de elect. sepultur. decis. 394. 396. & 397. Sperell. d. dec. f. 89. n. 16. Io: Baptista Ventrilia in prax. rer. notabil. de elect. sepult. annot. 5. § 1. § unico n. 17.* qui tamen adulti possent sibi de sepultura consulere; si idem seruandum esset in impuberibus, qui secundum *d. tex. in cap. licet* non possunt sibi prouidere de sepultura, nihil esset speciale in impubere, sed pro vtrisque eadem esset prorsus dispositio, & prouisio.
8 Præterea si pater de iure potest pro filio impubere testari *Instit. Quib. mod. de pupill. subst.* & testamentum filij diceretur *instit. ib d.* eique pupillariter substituere, cuius hæres diceretur non patris *Instit. ibid. §. si vero propter* patriam potestatem; eadem potestate, & iure posset filio
9 impuberi sepulturam eligere; cum sepulturæ electio pars sit vltimæ voluntatis *Ventril. ibid. n. 11.* seclusa quacunque consuetudine.
10 Et quoad hoc videtur minus accurate loquutus *Illustr. Episcopus Sperellus*, cæteroqui eruditissimus *in sua decis. 89. n. 13. vers. præterquamquod* putans, patriam potestatem nihil operari ad electionem sepulturæ ex eo quod si electio fieri posset à patre ratione patriæ potestatis; posset etiam pro adulto, & pubere in potestate existente fieri; non enim ob solam patriam potestatem, sed ob iudicij imbecillitatem & defectum discursus, ac patriam potestatem simul, quemadmodum in pupillari substitutione requiritur, vnde sicuti potest pro impuberibus, & in potestate positis pupillariter substituere, non autem pro adultis, & si sub potestate existentibus; sic potest pro illis sepulturam eligere, non autem pro illis, adhuc nulla existente consuetudine.

Demum id intelligitur, & percipitur aperte *ex textu in d. cap. licet* ibi *qui voluerit sepeliri*, quod verbum de solis defunctis verificatur; & ibi *cum suis Maioribus, vel in Parochiali Ecclesia tumulandi*, quæ quidem dispositio procedit in omnibus adultis, si eos contingat decedere non electa sepultura. Quid igitur specialius esset statutum ad subueniendum imbecillitati puerorum, qui nequeunt sibi de sepulcro prouidere; si enim eadem sors esset vtrorumque, adulti referrent de sua negligentia subsidium, & infantes de impotentia præiudicium.

Id autem, quod textus disponit de infantibus sepeliendis in sepulcro Maiorum, vel in Parochiali Ecclesia, non limitat pietatem erga puerulos innocentes, sed hoc disponit ad maiorem venerationem corpusculorum Innocentium, non restringendo facultatem sepeliendi, sed de venerabiliori loco sepeliendo, vnde *Rituale Romanū in titulo de exequijs par-*
11 *uulorum in rubric. disponit* paruulos non esse sepeliendos in communibus, & promiscuis Cæmeteriorum, & Ecclesiarum sepulturis; sed pro illis in Parochialibus Ecclesijs, aut illarum Cæmeterijs, quatenus commodè fieri potest, speciales, & separatos ab alijs loculos, & sepulturas, fieri, & haberi mandat, in quibus non sepeliantur, nisi qui baptizzati fuerint Infantes, vel pueri, qui ante annos pubertatis obierunt, & hanc Ritualis
12 dispositionem S. Congregatio in cit. declaratione sequuta, censuit, eatenus posse in Ecclesijs Regularium sepeliri, quatenus ità consueuerunt, sine Maiorum sepulcrum existeret, *S. Congreg. Episcop. & Regul. in Asculana 21. Octobris 1616.* penès *Sperellum decis. 88. num. 21.*
13 adeò vt consuetudo dicatur inducta super iure sepeliēdi in Ecclesijs Regularium extra Parochialem, non verò super facultate eligendi sepulturas pro filijs impuberibus quoad patres, vt aperte ex iam dicta declaratione inspicitur.

Totum hunc discursum, & mentem *d. textus in cap. licet* agnoscens medullitus S. Congregatio protulit supradictā aliam declarationem relatam per *P. Ni-*

colium instit.Canon.tit. de sepulturis lib.4.
14 *tit.15.n. 21.* vt videlicet possit indistinctè pater pro filio impubere antè mortem sepulturam eligere, etiam in Ecclesijs Regularium, nulla quoàd hoc prærequisita consuetudine, non sic autem post mortem, nisi quoàd hunc secundum casum consuetudo existat in contrariū, vt videlicet possit pater, etiam mortuo filio impuberi sepulturam eligere; & in
15 hoc sensu procedit decisio *S. Rotæ Roman. apud S.mem. Greg. XV. 176.n.1.*
16 Et hoc idem sensit *glos. in cap. licèt in* figuratione casus ibi: *sed quid mortuus est impubes, in quo loco erit sepeliendus, & num pater pro filio suo impubere possit dimittere naturalem sepulturam, & eligere aliam? Respondeo quod sic, si hoc habeat consuetudo, aliàs non;* vnde colligitur; textum loqui de electione facta, filio iam defuncto, non autem adhuc viuente.
17 Hinc apparet, non benè loquutum fuisse *Pasqualig. d. decis. 389.n.3.* si eius dictum indistinctè intelligeretur de electione sepulturæ, siuè antè mortem, siuè post; vt si sermo sit de electione post mortem benè loquatur, non ità ante mortē.

Sic etiam loquutus est *Sperellus d. decis. 89. à n. 3. & seqq. Io: Baptista Ventril. in praxi rer. notabil. tit. de elect. sepult. annot. 52 S. vnico n. 13.* Hic autem subdit hodie generaliter, & nulla facta mentione consuetudinis permitti parentibus eligere sepulturam in quacunque Ecclesia etiam Regularium pro filijs impueribus ex cit. declaratione *S. Cong.* apud *Barbos. & Peyrin.*

Eodem modo loquitur *Bonacin. de contract. disput. 3. q. 21. punct 3. n. 8.* Pro hac sententia resolutionis est *Molina* item *Rod. iq.* alijque apud *Pasqual. d. decis. 389 nu. 1.*

Et ità fuit resolutum, &c.

ARGVMENTVM.

Tertius, ad causam pro suo interesse principaliter adueniens, non impedit processum; multo minus immissionem in vim *Saluiani* post rem iudicatam, post quàm nec ad appellandum quidē admittitur, nec ei retentio suffragatur.

SVMMARIVM.

1 *Tertius, in causam veniens, etiam pro suo interesse, & ad exclusionē alterius admissus, non impedit processum, & præstat de indemnitate seruanda cautionem.*
2 *Non tamen admittitur post rem iudicatam.*
3 *Retentio non datur reo aduersus rem indicatam ad impediendam immissionem* ex Saluiano.
4 Decisio S. R. Romanæ 242. par. 1. recent. *quomodo procedat.*
5 *Exceptio non implementi etiam in minimo impedit exequutionem totius contractus.*
6 *Forma contractus in integritate consistit.*
7 *Nihil factum videtur, si pars totius indiuidui infecta fuerit.*

PLACITVM. XXXIX.

Decreta per me immissione ex *Saluiano* vtili super bonis hæreditatis q. Io: Vincentij Lezzi de Terra Cupertini, & præsertim super quodam iure in inuentario descripto, nuncupato Partisciano ad fauorem RR. Abbatum Bartolomæi, & V. I. D. Caroli Antonij de Marra, Archidiaconi Neritonen; & aliorum pro consequutione annualitatum census ducatorū decem, & octo pro capitali pretio ducatorum ducentorum, transiuit sententia in rem iudicatam per lapsum decennij ad appellandum; post quàm rem iudicatam comparuerunt Donatus Antonius Lezzi filius, & hæres beneficiatus d. Io: Vincentij, & N. eius vxor, vti cessionarij, iuribus sibi cessis à N. Falconerio pro summa ducatorum quatuor centum, eius auitæ legatorum à q. Abb. Thoma Puzzuiuo auunculo super proprijs bonis, & signanter super d. iure, vt prætenditur, petentes vti tertij in causa venientes audiri, & retinere pro suis iuribus bona, super quibus petitur immissio; quærebatur, an essent audiendi, & quomodo, & an retentio petita eis competeret.

1 Et quantum attinet ad primum, fuerunt admissi *non retardata exequutione sententiæ, insque processu*; tertius namque, veniens ad causam, etiam ad exclusionem alterius pro suo iure, & principaliter admittitur, non retardato processu, sed præstita cautione per eum, qui

 prius

prins obtinuerit de indemnitate, de qua in *l. penult. ff. de petit. hæredit. & in l. is à quo ff. de rei vendicat. Rouit. decis. 1. n. 12. vers. alij verò Merlinus controu. forens. cap. 31. n. 25.*

Et cum comparuissent longè post trãsitum sententiæ in rem iudicatam, licèt fuisset in omni actu vel ipse Lezzi, vel eius procurator citatus, vti hæres debitoris, qui tamen semper comparere renuit; quando postea ipse cum coniuge sua petijt, iure huiusmodi cesso, in causa admitti ad impediendum processum, & sententiæ exequutionem, videbatur petita admissio calumniosa, nec admittẽda;
2 præsertim quia appellare infrà decenniũ non curauit, etiam data scientia sententię, & actorum, nec ad appellandum admittitur *Rouit. d. decis. 1. n. 27. vers. vlterius est aduertendum.*

Quo verò ad secundum fuit eis denegata retentio bonorum, in iudicio deductorum; nam ad effectum retinendi supponenda est necessariò possessio, quàm si prætenderet vti hæres, obstaret ei res indicata; eius verò coniux non posset prætendere possessionem, & in omnem euentum cum eorum prætensiones pleniorem requirerent examinationem, & iudicis
3 declarationem, & nec si rei essent retinere possent aduersus rem iudicatam ad impediendam immissionem *Rota decis. 193. n. 14. par. 9. recent.*

4 Nec visa fuit obstare decisio *Rotæ Roman. §. 242. par. 1. recent.* allegata pro notabili per *Beltram.* apud *S. mem. Greg. XV. decis. 254. n. 8. lit. C.* quia vbi non fuit concessa retentio pro illis illiquidis prętensionibus, deductis per emptorem contra venditorem, agentem ex instru-
5 mento venditionis ad pretium; sed quia obstabat exceptio non implementi ex parte venditoris, quæ non solum obstat respectu partis non impletæ, sed respectu totius; adeo vt sufficiat defectus in minimo, ad differendam exequutionem to-
6 tius contractus *Rota d. decis. 242. num. 3.* forma enim contractus in integritate consistit *Bald. in cap. cum adeo n. 4. de re-*
7 *script.* vndè nihil videtur factum, si pars indiuidui est infecta *Rot. ibid.* quæ quidem exceptio non implementi in d. casu erat euidens, licèt prætensio esset illiquida; vndè benè obstare visa fuit *Rota ibid. n. 4. & 5.* at in casu huiusmodi exceptio non concurrebat, vndè benè fuit denegata retentio.

Et ità vtraque, &c.

Die duodecimo Decembris 1674. fuit hæc sententia, quòad omnia, confirmata per Auditorem Cameræ, & post biennium decreta res iudicata.

ARGVMENTVM

Iudicium exequutionis litterarum Apostolicarum instituitur ordinariè legitimo contradictore existente; is dicitur, qui habet parem titulum Patroni filius præfertur alijs in paritate suffragiorum, etiã dignioribus. Monitoria D. Auditoris, Cameræ super iactationibus siue clausula, *dummodò iudicium in partibus non sit captũ,* nõ afficiunt, nisi cõcurrat, præuẽtio. D. Auditor Cameræ est exequutor priuatiuè omnium litterarum Apostolicarum, quando in eis non est datus alius exequutor, nam tunc esset cumulatiuè, & daretur inter eos præuentio. Regula decima septima Cancellariæ de concurrentibus in data procedit cæteris paribus. Immissio vigore subrogationis gratiosæ in iuribus defuncti quando concedenda?

SVMMARIVM.

1 *Littera Apostolica iustificatæ paratam habent exequutionem.*
2 *Secùs si non fuerint iustificatæ.*
3 *Litteris Apostolicis non iustificatis Commissarius nulliter procedit.*
4 *Iudicium litterarum Apostolicarum est exequutiuum instar legis* fin. C. de edict. D. Adrian. tollend.
5 *Ordinariè procedendum est in exequutione litterarum Apostolicarum, quando adest legitimus contraditor & nu. 7.*
6 *Legitimus contradictor dicitur, qui habet parem titulum.*
8 *Præferendus est ex concurrentibus in data.*

data, forma litterarum, paritate votorum, & gratificatione, qui maioribus pollet qualitatibus.

9 *Filius patroni præfertur alijs, si cætera sint paria.*

10 *Et censetur dignior.*

11 *Idoneus de familia præfertur magis idoneo extraneo.*

12 *Patronus, præsentatus à medietate, præfertur extraneo, præsentato ab alia medietate.*

13 *Monitoria super iactationibus* D. Audit. Cameræ *expedita fundantur in* tex. l. diffamari ff. de ingen. & manumiss.

14 *Iudex, electus à diffamato, debet esse Ordinarius diffamantis, aliàs monitoria non afficiunt.*

15 *Causæ omnes in prima instantia pertinent ad iudicem Ordinarium.*

16 *Remedium* l. diffamari *non intrat absque præsentatione.*

17 *Citatio sola operatur effectum præuentionis in iudicio iactationum.*

18 *Monitoria D. Auditoris Cameræ in iudicio iactationum sine clausula*(dumodo iudicium in partibus &c.)*expedita, non afficiunt.*

19 *Auditor Cameræ est iudex exequutor omnium litterarum Apostolicarum.*

20 *Priuatiuè, quando in eis non est datus alius exequutor, si verò alius datus est exequutor, cumulatiuè.*

21 Regula decimaseptima Cãcellariæ de cõcurrentibus in data *non suffragatur primò præsentanti litteras, nisi cætera sint paria.*

22 *Immissio in vim subrogationis gratiosæ, docto ae Clericatu, lite, & possessione defuncti, concedenda est.*

23 *Clericatus probatur per litteras Ordinarij promouentis.*

24 *Lis inducta super titulo pro exequutione gratiosæ subrogationis, iustificatur ex actis.*

25 *Possessio defuncti probata dicitur ex instrumento adeptæ possessionis, alio possessore tunc non existente.*

26 *Possessio præsumitur continuata vsque ad obitum.*

27 *Et suffragatur ad obtinendam immissionem in vim gratiosæ subrogationis.*

28 *Obitus dicitur iustificatus, si vterq; collitigans venit ex eadem vacatione.*

29 *Prouisus Apostolicus non dicitur habere parem titulum cum eo, qui habet subrogationem gratiosam.*

30 *Non dicitur legitimus contradictor ad impediendam immissionem in vim subrogationis gratiosæ.*

PLACITVM. XXXX.

CVm vacasset simplex beneficium Ecclesiasticum sine cura, sub Inuocatione Sanctæ MARIÆ Candilosæ, Sancti Marci, & Sancti Blasij, sistens intus Parochialem Ecclesiam Terræ Parabitæ, per obitum Clerici Petriantonij Raynò, de Terra Galatonæ huius Neritonen. Diœcesis, fuit ad illud præsentatus Clericus Ioannes Baptista Epiphanius de eadem Terra Galatonę à Lucio Ioanne Raynò, filio q. V.I.D. Petriantonij Raynò, à Statonica, Camilla, & Victoria Raynò filiabus, & hæredibus q. V. I.D. Raimundi Raynò, & à Cathatina eiusque sororibus, pariter Raynò, filiabus, & hæredibus q. Art. & Medic. Doctoris Nicolai Francisci Raynò, & R.D. Iosephus de Vecchio d. Terræ Parabitæ absens, Neapoli degens, fuit ad idem beneficiũ præsentatus à NN. Paschali filijs, & hæredibus q. N. Paschali, prætendentibus habere iuspatronatus ad idem beneficium. Pendente interim controuersia, cui esset beneficium huiusmodi adiudicandum, vterque præsentauit litteras Apostolicas, obtentas à Sanctissimo D. Nostro Papa sub eadem data, in eadem forma, & quòd mirum est, eodem temporis momento, adeo vt in vna manu haberem litteras vnius, & in altera alterius *in forma dignum* super prouisione, & assignatione d. beneficij cum derogatione iurispatronatus, & cum facultate gratificandi, cæteris paribus. Instabat vterque pro exequutione litterarum
1 Apostolicarum; hæ namq; iustificatæ, paratam habent exequutionem *Petr. Ridolph. in prax. par. 2. cap. 8. n. 54. & seqq.* & apud ipsum plures *cap si quando 5. de rescrip. cap. si capitulo 5. vbi glos. verb. exequatur de concess. præbend. in 6. Rota coram Emin. Card. Ottobon. decis. 58. n. 1. decis. 140. n. 5. decis. 187. n. 7. decis. 240. n. 2. & decis. 261. n. 2.* attamen erant iustificandæ, adeo vt, sicut eis iustificatis, non est
2 retardanda exequutio, ità non iustificatis, nulla debetur exequutio, & iudex
3 procedens litteris non iustificatis, nulliter, & iniustè procederet *Card. Ottobon. decis. 41. n. 10.*

4 Et licèt iudicium exequutionis litterarum Apostolicarum esset instituendũ

exe-

exequutiuè ad instar, & secundum terminos *tex.in l. fin. C. de edict.D.Adrian. tollend.Caual.dec f.230.n. 2. & decis.274. n.2.Greg.XV decis.221.n.2.& decis.339. n.15.* & alij apud *Ridolph. in prax.loc.cit.*
5 *n.53.* hoc tamen procedit regulariter,& inter alias limitationes,quas regula patitur,non procedit, & ordo procedendi mutatur, quando in causa adest legitimus contradictor *Caual.decis 278.nu.2. Buratt.decis.171.nu. 2. & decis.242.nu.6.*
6 & legitimus contradictor dicitur, qui habet parem titulum *Mohedan. decis 13. vt lit. pend.* prout in casu vterque con-
7 tendit; vndè non proceditur exequutiuè,sed ordinariè *Greg.XV.decis.221.n.2.* & alij apud *Ridolph loc.cit.n 76.vers.*

Hinc fuit iudicium inchoatum ordinariè,in quo contendebat Clericus Io: Baptista excludere D. Iosephum,quia licèt essent pares in gratia, putabat habere conditiones,& qualitates,quæ de
8 iure aduersarium excluderent, prout in concursu duorum habentium parem titulum,supposita paritate votorum, & stante decreto gratificationis,in litteris Apostolicis vtriusque apposito, expeditis sub eadem forma, & data, censuit *Rota* penes *Emin. Cardin. Ottbob. decis. 202.n.11.& seq.inter eius impressas*,illum esse præferendum, qui potioribus polleret qualitatibus, & hoc etiam videtur colligi apertè de mente Summi Pontificis, expressa per clausulam illam in litteris Apostolicis vtriusque adiectam, *ac idem Ioannes,& alij prædicti, quibus de dicto beneficio prouideri, mandatum extiterit,in data, & iuribus, ac alijs,quæ in præmissis attendenda essent,adeo æquales sint,vt se per mutuum concursum inuicem impediant,nec appareat, cui magis dictum beneficium adiudicandum sit, & meritò gratificationi locus existit*, per quam clausulam videtur Summus Pontifex voluisse reseruare partibus iura potiora, quæ quælibet haberet, & reducere causam ad terminos iuris, ac si neuter litteras prouisionis Apostolicæ obtinuisset; adeò vt, qui præcisis litteris prædictis esset potior in iure, hic esset etiam positis alteri anteferendus; vnde cum Io:Baptista sit filius vnius ex legitimis patronis, quæ circumstantia non concurrit in aduersario, videbatur ei præferendus; filius
9 enim patroni præfertur alijs, si cætera sint paria *Viuian.in prax.Iur.patr.lib.12.*
10 *cap.9.n.11.* & censetur dignior *Viuian.* *ibid.* quinimò idoneus de linea, & fami-
11 lia præfertur magis idoneo ex traneo
12 *Viuian.ib d.n. 15.* & in terminis nostris quòd comparronus præsentatus à medietate patronorum præferatur alij extraneo ab alia medietate præsentato *Viuian. ibid. nu. 16.* quòd etiam videtur intendisse Summus Pontifex in dicta clausula; & vlterius quia litteras ad fauorem Ioannis Baptistæ concessit sub hac forma, & conditione, *filium vnius ex patronis asserentem.*

Ex aduerso d.D. Ioseph prætendendo gratiam prouisionis Apostolicæ ad eius fauorem datæ, fuisse datam per horas, ante quàm data esset gratia Io: Baptistæ, putando intrare dispositionem *tex. in cap. si à sede 31. & ibi glos. verb.* nec apparet de *præbend. & dignit. in 6.* ad hunc effectum institit, & petijt dilationem ad probandum hanc temporis prioritatem, & dato ei termino vnius mensis ad producendos testes, in Vrbe nominatos, & interim ad iustificandas litteras Apostolicas, eoque adhuc pendente,& durāte,exhibuit idem D.Ioseph quoddam monitorium D. Auditoris Cameræ super iactationibus, asserendo se possidere beneficium huiusmodi, & Patronos de Paschali, ipsum præsentantes,possidere, & esse in quasi possessione iurispatronatus, eisque intentari molestias à d.Io. Baptista cum inhibitione.

At non apparebat quorsum huiusmodi monitorium tenderet, nam vel intendebat D. Ioseph causam huiusmodi Iurispatronatus auocare ad Tribunal D. Aud. Cam. & monitorium non videba-
13 tur officere; primo,quia ad effectum vt intret remedium *l. diffamari C. de ingen. & manumiss.* in qua fundantur similia monitoria *Ridolph. in prax. par. 3.cap.3.*
14 *n.41.* necessariò requiritur,quod iudex electus à diffamato,sit iudex Ordinarius diffamantis *Ridolph. ibid. nu. 56.* & licet D. Auditor Cameræ sit competens in causa appellationum, & in secunda instantia; non est tamen in primo iudex Ordinarius; vndè quādo adhuc corā D. Auditore Cameræ esset causa huiusmodi introducta,esset nihilominus ad hanc
15 Episcopalem Audientiam Iudicem Ordinarium remittenda in prima instantia virtute *S. Concil. Trident. sess. 24.de reformat.cap. causa omnes 20.*
16 Secundò requiritur necessariò, quòd diffamatus D. Ioseph, & Paschali præuene-

uenerint, at in casu nedum non præuenerunt,sed vt iam dictum est,fuit eorum monitorium exhibitum in causa iam
17 ad sententiam instructa;quando etiam in hac materia *l. diffamari*, vt dicatur præuenta iurisdictio, sufficeret sola citatio.probat *text. in l. siquis postea ff. de Iud.Rom.cons* 413.*n*.4. apud *Ridolph.loc. cit.n.* 80. & cum hoc regulariter procedat in omnibus Tribunalibus, in Tribunali tamen *D. Aud. Cam.* in specie requiritur, quòd Iudicium coram alio Iudice, sinè in partibus non sit inchoatum, & hinc est, quòd in similibus monitorijs consueuit apponi clausula, *dummodo iudicium in partibus non sit captum coram aliquo Iudice competente*,& alia,*non tamen iudicialiter illaturam, nec in iudicio quouismodo deductarum*; ex quibus clausulis colligitur mens *D. Aud. Camer.* non intendentis, quouis modo præiudicium inferre ordinariæ iurisdictioni;ac propterea monitorium huiusmodi non afficere statuit *S.mem.Paul.V. in sua const t.pro reform.Tribun.Vrb.* quæ est eius *constitutio 71.incip. vniuersi §. & in monitorijs specialibus,etiam si non adsint clausula prædictæ Ridolph. loc.cit.n.83. & seq* atque adeo benè potuisset hæc Episcopalis Curia ad vlteriora procedere huiusmodi monitorio minimè refragante.

19 Vel demum *D. Aud. Cam.* per huiusmodi monitorium intendebat exequi litteras Apostolicas ad fauorem d. D. Ioseph expeditas, cum *D. Aud. Cam.* sit Iudex exequutor omnium litterarum Apostolicarum, & ne alius iudex in exequutione earundem manum apponeret, voluerit per huiusmodi monitorium præuenire *Paul.V. San. mem. in sua Const. Dilectio §.insuper n.*14.*post.Ridolph. in prax. fol. mihi* 737. & minus afficeret, quia neque ad hoc actum est, cum nihil in eo dicatur; & neque si ad hoc actum esset officeret, quia d.litteræ Apostolicæ fuerunt expeditæ in forma dignum, & pro illarum exequutione erant nonnulla iustificanda coram Ordinario,ad quē necessariò exequutio remittenda erat.

20 Præterea facultas D. Auditoris Cameræ in exequendis litteris Apostolicis priuatiuè quòad alios,procedit,quando in litteris non est datus alius certus nominatus exequutor, prout in his litteris Apostolicis vtriusque fuit mihi tanquā Vicario Generali demādata exequutio; vnde non erat solus exequutor priuatiuè;sed cumulatiuè, prout apertè disponit *Summus Pont. fæx in d.Const t. Dilecto filio d.§.& insuper ibi: in quibus verò deputati erunt cumulatiuè cum illis*: at in cumulatiuis datur locus præuentioni, vt iam firmatum est, & cum iam multo vltra in causa processum erat, etiā quòd ad exequutionem litterarum Apostolicarum, non erat liberum parti ad aliud Tribunal recurrere pro exequutione.

Nec in monitorio iam dicto super iactationibus quicquam dicitur de præuentione, & quando diceretur in facto iam multo ante, quàm exhiberetur monitorium, exequutio erat inchoata in hac Episcodali Curia, etiam ad ipsius partis instantiam.

Rebus sic stantibus, ecce nouum monitorium pro parte D. Iosephi exhibitū, ab eodem D.Aud. Cameræ expeditum pro obseruatione regulæ decimæ septimæ Cancellariæ existimando se posse excludere aduersarij Ephiphanij iura, tanquam qui præsentasset litteras suæ prouisionis antequam Ephiphanius præsentasset suas;quia ex iam dictis vtræque litteræ fuerunt mihi exhibitæ eodem temporis momento, adeo vt vna manu vnius,& altera alterius litteras teneret

21 Et quando adhuc D. Ioseph exhibuisset suas litteras, antequam Io: Baptista suas,non propter hoc esset præferendus, quia hæc prælatio tunc intraret, quando cætera essent paria, & quando Io: Baptista ex alio capite, & iure non esset ipsi Ioseph anteponendus, vt eadem regula apertè disponit ibi: *& similiter inter absentes cæteris paribus*, & cum Io: Baptista vti filius patroni præualeret d. D.Iosepho aduersario, vt iam supra firmatum est,manifestè apparet, regulam non intrare.

Demum ad dirimendam omnem cōtentionem Sanctissimus Dominus noster Clemens Papa Decimus concessit Io: Baptistæ gratiam subrogationis gratiosæ in iuribus defuncti prædecessoris etiam quòad possessionem, eaque, & litteris super ea expeditis exhibitis, fuit concessa immissio in beneficium vigore gratiosæ subrogationis.

22 Docuerat enim Io: Baptista sufficienter de Clericatu, lite, & possessione defuncti,quæ solum erant iustificanda *Rota decis.*120.*n.* 10. *penes D. Card.Ottbob.* quibus iustificatis immissio denegari non

non poteſt *Rota penes eundem Card. Oꝙbob.decif.122. n. 1.* vbi aliæ Rotæ decifiones allegantur, *& decif.130.n.1.inter illius impreſſas.*

23 Et quidem de Clericatu Io: Baptiſtæ liquidò conſtabat ex litteris patenribus Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Domini mei Epiſcopi eius Ordinarij, quæ concludentiſſimè pcobant *cap. poſt ceſſionem 7. vbi DD. de probationibus, & cap. 2. vbi Abb. in primo notabili de Cleric. peregnin. Rota decif.259.n.15.par.9.tom.1.recent.& coram Emin. D. Card.Oꝙbob.decif.122.n.9.decif. 30.n.3.& decif.140 n.5.*

24 Lis inter Io: Baptiſtam. & D Ioſephũ remaner ſufficienter iuſtificata ex actis ipſius,& proceſſu inter ipſos in hac Epiſcopali Curia geſtis,ex quibus ſuppoſita præexiſtenria dictarum littecarum Apoſtolicarum proculdubio inducta cenſetur lis ſuper titulo,requiſita ad effectum exequendi litteras ſubcogationis gratioſæ *Rota penes Card. Oꝙbob.d. decif. 140.n 6.*

25 Liquebat poſtremò de poſſeſſione Petriantonij vltimi poſſeſſoris defuncti ex inſtrumento adeptæ per eum poſſeſſionis, per quòd fuit illi legitimè acquiſita poſſeſſio, alio tunc nõ poſſidente ad notata *in l. prædia 48. & ibi Bart. ff. de acquir.poſſeſſ. gloſ. in l. non idcirco 12.verb. in vacnam, & ibi Bald. in principio C. de fid.inſtrum.Rota d.decif.122.n.10.& decif. 140.n.14.penes Card.Oꝙbob.* & huiuſmo-
26 di poſſeſſio præſumitur continuata vſque ad obitum *l.ſiue poſſidentis 16. C.*
27 *de probat.* & plenè ſuffragatur ad effectum obtinendi immiſſionem in vim gratioſæ ſubrogationis *Rota d.decif.122. n.11.& ſeq. & decif.140.n.17.*

28 Obitus verò Petriantonij vltimi poſſeſſoris iuſtificabatur, & quidem pleniſſimè ex eo, quòd vterque prouiſus concurrit ex eadem vacatione *Rota d.decif. 259.n.14. par.9.tom.1.recent.*

29 Nec poſſet D. Ioſeph hanc immiſſionem impedire ſub prætextu Apoſtolicæ prouiſionis; quia licèt habeat prouiſionem Apoſtolicam, non autem gratioſam ſubrogationem in poſſeſſione defuncti, non dicitur habere parem
30 titulum atque adeo non eſt legitimus contradictor ad impediendam huiuſmodi immiſſionem *Rota d. decif. 122.n.17.decif.140. & decif.154.n.13.inter impreſſas D. Card. Oꝙbob.*

Et ità fuit deciſum, & reſolutum,&c.

ARGVMENTVM.

Litteræ Apoſtolicæ iuſtificatæ habẽt exequutionem paratam,& earum iudicium eſt exequutiuum, quod tranſit in ordinarium, legitimo contradictore exiſtente; hic diceretur,ſi haberet parem titulum in eadem forma, & ex eadem vacatione. Gratia in forma dignum facit exequutorem mixtum.

SVMMARIVM.

1 *Litteræ Apoſtolicæ iuſtificatæ ſunt exequntioni demandandæ.*
2 *Et habent exequntionem paratam.*
3 *Vacatio probata dicitur,quando vterque collitigans venit ex eadem vacatione.*
4 *Clericatus probatur per litteras patentes Ordinarij.*
5 *Valorem beneficij probat ſemiplena probatio ex vnius teſtis depoſitione.*
6 *Et teſtes deponentes de publica voce, & fama.*
7 *Iuſpatronatus ex fundatione,& dotatione probatur ex inſtrumento.*
8 *Præſentationes,effectum inſtitutionis ſortitæ,probant iuſpatronatus.*
9 *Et pertinentiam ad fauorem præſentantium.*
10 *Quaſi poſſeſſio præſentandi probat pertinentiam.*
11 *Maximè ſi fuerit titulata.*
12 *Status vltimus ſufficit ad ſuſtinendam prouiſionem Apoſtolicam.*
13 *In iudicio exequutionis litterarum Apoſtolicarum proceditur exequutiuè.*
14 *In eo non eſt citandus, qui non eſt legitimus contradictor.*
15 *Quo exiſtente proceditur ordinariè.*
16 *Legitimus contradictor diceretur ad effectum impediendi immiſſionem, quando habet parem titulum ex eadem vacatione,fonte, & ſecundum eandem formã litterarum.*
Nec ſufficit ſola præſentatio.
17 *Paritas tituli in quo conſiſtat.*
18 *Prouiſus Apoſtolicus in forma dignum non diceretur legitimus contradictor.*
19 *Nec eſſet legitimus contradictor habens parem gratiam contra habentem ſubrogationem gratioſam vltra gratiam.*

20 *Pro-*

20 *Prouisus ab Ordinario non est legitimus contradictor contra prouisum Apostolicum, etiam si possideat.*

21 *Prouisus ab Ordinario authoritate Apostolica, & possidens est tantum legitimus contradictor ad effectum, vt procedatur ordinariè, secùs si non possideat.*

22 *Sola citatio in iudicio exequutionis litterarum Apostolicarum non efficit legitimum contradictorem, ad effectum procedendi ordinariè, & impediendi iudicium exequutiuum immissionis.*

23 *Immissionem non impedit, qui non est legitimus contradictor.*

24 *Gratia* in forma dignum *facit exequutorem mixtum.*

25 *Et tenetur assumere partes Iudicis.*

26 *Non possidens pari titulo, non potest impedire immissionem.*

27 *Clausulæ* Amoto, & Contradictores *quando faciant exequutorem mixtum.*

28 *Sic etiam Clausula*, dummodo tempore datæ.

29 *Appellatio non datur ab exequutione litterarum Apostolicarum, quando non est legitimus contradictor.*

30 *Immissio non dicitur attentata si non datur appellatio.*

PLACITVM. XXXXI.

PEndente adhuc iudicio indeciso super institutione Capellani, seù Beneficiati in Capella, seù Beneficio sub inuocatione Spiritus Sancti sisten. intus Parochialem Ecclesiam Terrę Casarani, vacantis per obitum D. Io: Caroli de Pandis vltimi possessoris, inter R. D. Antonium q. Alexandri Frisulli de Ciuitate Gallipolis, præsentatum per Catharinā, & Leonardam de Blasi Patronas, & R. D. Iosephum Paschali de *Castros Frācone* Hydruntinæ Diæcesis, præsentatum per Io: Dominicum de Pandis, & Donatam Antoniam similiter de Pandis Patronos pariter pro medietate, obtinuit D. Antonius à Sanctissimo Domino nostro Papa litteras Apostolicas *in forma dignum*, continentes mandatum de conferendo huiusmodi Beneficium eidem D. Antonio, & derogationem iurispatronatus pro medietate, & plenè iustificatis litteris fuit D. Antonius de Beneficio huiusmodi prouisus, & in illius corporalem possessionem immissus. Constabat enim plenè tàm de existentia, quàm etiam de pertinentia iurispatronatus
pro medietate ad fauorem dictarum
Catharinæ, & Leonardæ de Blasi præ-
sentantium D. Antonium; liquebat item
abundè de valore annuo Beneficij & de
idoneitate præsentati, quæ erant iustifi-
1 canda, quibus verificatis remanent littere-
ræ Apostolicæ iustificatæ, ac propterea
exequutioni dandæ *cap. si quando 5. de
rescriptis cap. si capitulo 5. vbi glos. verb.
exequatur de concess. præbend. in 6. Rota
decis. 172. n. 1. & decis. 187. nu. 3. coram
Emin. Domino Card. Octbob. inter eius im-
2 pressas*, & paratam habent exequutionē
*Rota ibid. & decis. 58. n. 1. dec f. 140. nu. 1.
decis. 187. n. 7. & decis. 240. n. 2. penès Card.
Octhobon. nec denegari potest immissio pro-
uiso Rota decis. 520. n. 27. par. 4. tom. 3. re-
cent.*

Vacatio enim Beneficij huiusmodi
per obitum D. Io: Caroli de Pandis se-
quuta liquet, & remanet probata ex
actis, in quibus apparet præsentatus D.
3 Antonius, & D. Ioseph, & vterque venit
ex eadem vacatione, quod solum suffi-
ceret, cum fundetur in partis confessio-
ne tenuit *Rota coram Emin. Card. Octhob.
decis. 240. n. 5. & 6. inter eius impressas.*

4 Clericatum probant litteræ patentes
fel. record. D. Hieronymi de Choris, huius
Cathedralis Ecclesiæ Episcopi præde-
cessoris, qui illum ad Sacrum Presbyte-
ratus ordinem de licentia proprij Or-
dinarij promouit *Felin. in cap. post cessio-
nem 7. n. 3. & 15. de probat. Rota decis. 536.
n. 3. par. 5. recent. & penès Card. Octhobon.
dec f. 172. nu. 3. & decis. 240. nu. 3. & decis.
187. n. 1. & alibi passim.*

5 Valor Beneficij expressus in ducatis
quadraginta probatur ex attestatione
d. D. Io. Caroli vltimi Beneficiati, facta
in actu visitationis d. Capellæ D. Episco-
po visitanti, & in actis visitationis regi-
strata, & indè ritè extracta, quæ sola
attestatio sufficeret; accedit etiam de-
positio vnius testis de vero valore per
singula corpora bonorum beneficialium
deponentis, cuius dictum plenam facit
probationem, cum sit omni exceptione
maior; & quando ad minus semiplenam
faceret probationem, hoc satis esset *Mā-
tic. decis. 132. n. 4. Rota decis. 512. n. 1. par.
3. recent. Burat. decis. 255. num. 13. penes
Emin. D. Card. Octhob. d. decis. 58. num. 19.*
6 vbi *nu. 18.* firmauit *Rota* ad hunc effectū
iustificandi valorem, sufficere testes de
publica voce, & fama *Rota decis. 187. nu.
8. par. 6. & decis. 348. n. 5. par. 5. recent.*

7 Iuspatronatus, etiam quoad existentiam ex fundatione, & dotatione iustificatur ex instrumento dotationis cum assignatione bonorum pro dote, & cum reseruatione iurispatronatus per Io: Andream de Blasi fundatorem ad fauorem sui fratris, eiusque hæredum, & successorum pro medietate, & pro alia medietate ad fauorem Fabritij de Pandis, & eius hæredum, & successorum, qui modus probandi iuspatronatus per instrumentum dotationis, & fundationis est melior, qui reperiatur in iure *Rota decis.* 87. *n.* 3. *par.* 7. *recent.* accedentibus præsentationibus, effectum sortitis, sequuta possessione per obitum immediatè instituti ab initio fundationis vsque ad præsens; nam post obitum D. Marcelli de Blasi primi instituti, fuit ad præsentationem dictarum Catherinæ, & Leonardæ eiusdem sororum institutus d. q. D. Ioannes Carolus de Pandis per cuius obitum ad præsens vacat Beneficium,
8 quæ præsentationes solæ sufficerent ad probandam iurispatronatus existentiam *Rota decis.* 446. *n.* 4. *par.* 9. *tom.* 2. *recent.*

9 Et ex eisdem probationibus remanet iustificata pertinentia, quinimmò præsentationes effectuatæ probant pertinentiam Iurispatronatus ad fauorem dictarum Catharinæ, & Leonardæ pro medietate *Rota decis.* 151. *n.* 2. penès *Card. Ottbob.* quia ipsæ semper pro medietate præsentarunt, cum vacatio contigit, & ad illarum præsentationem sequuta est institutio ab eis præsentati, vndè iustificatur quasi possessio præsentandi, quæ
10 benè probant pertinentiam iurispatronatus vt pluries *Rota* decidit penès *Card. Ottbob. decis.* 230 *n* 5.

11 Et eo vel maximè ad hunc effectum iuuat quasi possessio huiusmodi, quia est titulata, nam Catharina, & Leonarda sunt hæredes N. de Blasi, cui pro medietate iuspatronatus fuit legatũ, quòd sufficit ad iustificandam pertinentiam *Rota* penès *Card. Ottbob. decis.* 151. *n.* 3 *&* vti hæredes primi reseruatarij præsentauerunt D. Ioannem Carolum, & ad præ-
12 sentationem sequuta fuit institutio, & hic est vltimus status, quem sufficere ad sustinendam prouisionem Apostolicam, tenuit *Rota* penès *Card. Ottbob. decis.* 172. *n.* 14.

Neque obstat defectus citationis D. Iosephi, quòd scilicet non fuerit citatus in executione dictarum litterarum
13 Apostolicarum; quia cum in iudicio huiusmodi exequutionis litterarum procedatur exequutiuè instar *l. fin. C. de edict. D. Adrian. toll. Rota d. decis.* 172. *nu.* 19. *& decis.* 187. *n.* 8. *in impressis per D.*
14 *Card. Ottbob.* in illarum exequutione non est citandus, qui non est legitimus contradictor *Ridolphino in prax. tit. de*
15 *exequut. litt. Apost. par.* 2. *cap. n.* . & legitimo contradictore non existente, procedendum est exequutiuè per viam immissionis, non autem ordinariè *Rota de-*
16 *cis.* 34. *n.* 9. *par.* 5. *recent.* legitimus autẽ contradictor ad hunc effectum impediendi immissionem in possessionem Beneficij est, qui habet parem titulum, & venit ex eadem vacatione, & ex eodem fonte, & secundum eandem formam litterarum, qualis non est D Iosephus, qui licet veniat ex eadem vacatione, non tamen habet parem titulum prouisionis Apostolicæ, quinimmò neque ab Ordinario, sed tantũ est simpliciter ab Beneficium huiusmodi præsentatus *Rota d. decis.* 34. *n.* 10. *par.* 5. *recent.* vbi ita sæpissimè tentum in Rota, & aliæ Rotæ decisiones nouissimè allegantur; paritas au-
17 tem tituli consistit, vt si quis habet prouisionem Apostolicam, alter similem habeat gratiã parem in forma, vtramque scilicet, vel *in forma dignum*, vel
18 *gratiosa*, adeo vt si vnus habeat *in forma gratiosa*, alter verò *in forma dignum*, hic non diceretur habere parem titulum, nec esset legitimus contradictor;
19 sic etiam si quis vltra prouisionem Apostolicam in pari forma haberet etiã subrogationem gratiosam in iuribus defuncti *Rota decis.* 520. *n.* 17. *par.* 4. *tom.* 3. *recent.*

Et hoc spectandum est in quæstione, an quis sit legitimus contradictor in hac materia, si videlicet se opponat cum titulo æquali *Rot. in cit. decis.* 520. *nu.* 19.
20 quinimmò neque si ab Ordinario habuisset titulum, & prouisionem D. Ioseph. & possideret Beneficium, ex hoc posset dici legitimus contradictor ad impediendam immissionem ad fauorem D. Antonij, & ad effectum, vt procedatur ordinariè, sed solum ad summum ad effectum, vt eius titulus debeat considerari in iudicio exequutiuo immissionis; & tunc si titulus appareret releuans, sit procedendum ordinariè, aliàs secus *Rota decis.* 302. *n.* 19. *& seq. par.* 4. *tom.* 2. *recent.* & quidem si sufficeret possessio cum

cum titulo ab Ordinario ad impedien-
dam exequutionem litterarum Aposto-
licarum, actum esset de huiusmodi exe-
quutione, vt ijsdem ferè verbis tenuit
Rot.decis.362.n.3.par. 3. recent. quid er-
go si prouisus ab Ordinario cum posses-
sione non est legitimus contradictor ad
impediendam immissionem, & exequu-
tiuè procedendum est in exequutione
litterarum Apostolicarum, operabitur
sola præsentatio ad Beneficium, nulla
sequuta possessione.

21 Et solum fuit reputatus legitimus cõ-
tradictor prouisus ab Ordinario autho-
ritate Apostolica cum possessione, ad ef-
fectum procedendi ordinariè, qualis nõ
fuisset, si non possideret; etiam si vterque
prouisus veniret ab eodem fonte, non
autem eadem vacatione *Rota decis. 366.
n.2.par.3.recent.* vnde fit vt D.Ioseph nõ
esset citandus in huiusmodi iudicio exe-
22 quutiuo immissionis; nec citatus in
hac materia per solam citationem effi-
ceretur legitimus contradictor ad hunc
effectum procedendi ordinariè, & impe-
diendi iudicium exequutiuum immis-
sionis, cum aliàs non esset legitimus cõ-
tradictor, *Rot. decis. 348. n. 15.par.5. re-*
23 *cent.* & cum non sit legitimus contra-
dictor non potest impedire immissio-
nem *Rot.d.decis. 348. n. 12.* quicquid sit
in alia materia, an sola citatio faciat
legitimum cõtradictorem, etiam si aliàs
non esset *Rota decis.213.n.3.in fin.par.3.
recent.*

24 Neque obstat, quod gratia obtenta
per D. Antonium Frisulli sit *in forma
dignum*, quę facit exequutorem mixtũ
Rota decis.33.n.5.par.4.tom.2.recent. &
25 teneret assumere partes Iudicis *Rota
in impressis per D. Card. Ottbob. decis.
219. nu. 6.* quia hoc procedit, quando
aliàs est in possessione, vel adest legiti-
26 mus contradictor, & cum ex dictis D.
Ioseph nec possideat, nec habeat parem
titulum, ob quem efficiatur legitimus
contradictor, non potest impedire im-
missionem *Rot.decis.333.n.6.cit.*

27 Eadem ratione non obstant clausulę
Amoto, & Contradictores, in dictis litte-
ris Apostolicis appositę, quę licèt de iu-
re faciant exequutorem mixtum, quia
tamen nullus aderat legitimus contra-
dictor, nec possessor, non faciunt exe-
quutorem mixtum, sed remanet merus
exequutor *Rot.d.decis.333.n. 1. & 2.* idẽ
28 resoluit de clausula *dummodo tempore
datæ Rot.penès Emin.D.Card.Ottbob.de-
cis. 186.n.9.*

29 Et cum appellatio non datur ab exe-
quutione litterarum *in forma dignum*,
quando non adest legitimus cõtradictor
30 *Rot.d.decis.33. n. 2.* requiritur, quod
immissio in possessionem Beneficij non
dicatur attentata *Rot.ibid. n. 3.* & pro-
pterea appellatio interposita per D. Io-
sephum non admittenda.

Et ità fuit resolutum.

ARGVMENTVM.

Ecclesiæ Parochiales vacãtes, Apo-
stolica Sede Vacante, vel ea ple-
na, non prouisæ, possunt per Or-
dinarios prouideri seruata tamen
forma *S.Concilij Tridentini sess.
24. de refor. cap. 18. & Constit.
S. M. B.Pij V.* In conferendis;
quã spreta reseruantur collationi
Summi Pontificis.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia libera collationis, vacantia in mense Iulij, pertinent ad collationem Summi Pontificis.*

2 *Regula Cancellaria mortuo Summo Pontifice cessant, non autem reseruatio contracta in corpore Iuris clausa.*

3 *Reseruatio inducta per tex. in cap. licet 2. de præbend. & dignit. in 6. est fortior omnibus alijs reseruationibus.*

4 *Parochiales Ecclesia vacantes, & non prouisa, Sede Apostolica vacante, prouidentur per Ordinarios, & n. 15.*

5 *Reseruationes alia temporales, alia perpetua.*

6 *Beneficia reseruata ratione persona semper sunt reseruata, de quibus est regula Cãcellaria prima, quarta, & quinta.*

7 *Reseruatio beneficiorum vacantium in mensibus ratione temporis est temporalis, contenta in regula nona Cancellaria.*

8 *Reseruatio perpetua contrahitur ratione Beneficij, vt est prima Dignitas in Cathedralibus & Collegiatis, de quibus est regula tertia Cancellaria.*

9 *Beneficia vacantia, Sede Apostolica vacante, reseruata ratione temporis mensium, possunt per Ordinarios conferri.*

M 2 10 Si

10 *Si verò vacant Sede plena, & ante prouisionem vacat Sedes Apostolica, sunt reseruata.*

11 *Reseruatio quandoque cessat, non tamen cessat affectio ad intellectum regulæ Vndecimæ Cancellariæ.*

12 *Reseruatio differt ab affectione tanquam causa à suo effectu.*

13 *Affectio esse non potest sine reseruatione, siuè tacita, siuè expressa.*

14 *Affectio expressa oritur ex tacita reseruatione, orta ex appositione manuum Summi Pontificis in collatione Beneficij.*

16 *Reseruatio vniuersalis lata in* cap. licet 2. de præbend. & dignit. in 6. *limitatur in Parochialibus vacantibus, vel non prouisis, Apostolica sede Vacante per* tex. in cap si Apostolica eod tit & lib.

17 *Dispositioni* tex in cap si Apostolica *nullibi reperitur derogatum.*

18 *Sed praxi pluries recepta est eius dispositio.*

19 *Parochiales Ecclesiæ prouidentur per Ordinarios etiam si vacant Sede Apostolica plena, eaque vacante non prouisæ.*

20 Decisio S R. Romanæ 2÷1. nu. 9. coram *Card. Celso inter eius impressas declaratur.*

21 *Parochiales Ecclesiæ vacantes vel non prouisæ Sede Apostolica vacante, ordinatæ per Ordinarios non seruata forma* S. Cōcilij Tridentini sess. 24 de reformat. cap. 18. & Constit. S. M. B. Pij V. *sunt reseruatæ.*

22 *Non ex prima, sed ex secunda reseruatione contracta ob non seruatam formam* S. Cōcilij Tridentini, & Constit. Pianæ, *vel ob negligentiam in prouidendo.*

23 *Parochiales sic reseruatæ conferuntur sine concursu.*

24 *Beneficium semel affectum remanet semper affectum.*

25 Textus in cap. si Apostolica de præben. in 6. & in extrauagāti ad Romani, *quomodo procedant.*

26 *Parochiales Ecclesiæ vacantes, Apostolica Sede vacante, aliàs reseruatæ, prouidendæ sunt per concursum seruata forma* S. Concilij, & Constit. in conferendis.

27 *Et infra semestre prout de iure sancitum est.*

28 Textus in cap. si Apostolica de præben. in 6. *non præfigit collatori terminum ad conferendum.*

29 *Beneficia omnia iure communi attento in propria Diœcesi sunt ordinariæ collationis.*

30 *Beneficium habens annexam curam animarum confertur sine concursu.*

PLACITVM. XXXXII.

PEr obitum V. I. D. Abbatis D. Ioannis Felicis Zaminga Archipræsbyteri huius Cathedralis Ecclesiæ Neritonen. secutum die decimo sexto Mensis Iulij proximè præteriti vacauit dignitas Archipræsbyteratus, cui cura animarum totius Ciuitatis est annexa, & cum die vigesimo secundo eiusdem mensis vacauerit Sancta Sedes Apostolica per obitum Sanctæ mem. Clementis Papæ Decimi; dubitabatur, ad quem pertineret prouisio, & collatio.

Et quòd pertineret prouisio, & ordinatio ad Sanctam Sedem Apostolicam, & Summum Pontificem, quem enixis precibus à Domino Nostro Deo Sancta Mater Ecclesia expetit, suadetur, quia
1 vacauit de mense Iulij, qui est semper mensis fixus, & reseruatus Summo Pontifici per *regulam octauam* hodie *nonam Cancellariæ de Mensibus, & Alternatiua,* ac propterea vacauit in Curia, & apud ipsam Sanctam Sedem Apostolicam, vnde ab alio quam à Summo Romano
2 Pontifice conferri non potest. Nam licèt cessent regulæ Cancellariæ per mortem Summi Pontificis, non tamen cessant reseruationes in corpore Iuris clausæ, qualis est hæc inducta per *textũ in cap. licet 2. de præbend. & dignitatib. in 6. Massobr. de concurs ad Paroch. requis. 7.*
3 *dub. 43. à n. 1. ad 5.* & huiusmodi reseruatio est principalior, & fortior omnibus alijs reseruationibus *Pyrr. Corrad. in prax. benefic. lib. 3. cap. 6. n. 58. vers. & hoc non obstante Gonzol. super regul. 8. Cancell. § 5. premial. n. 326.*

Ex aduerso pertinere ad ordinariam collationem, videtur manifestè disponere *tex. in cap. si Apostolica Sede eod. tit. &*
4 *lib.* ibi; *Si Apostolica Sede vacante aliquas Parochiales vacare de cætero contigerit apud ipsam, statuimus, vt de eis, ne ipsarum vacatio diutinè periculum valeat animabus afferre, per eos ad quos pertinet, posset libere ordinari.*

Sed antequam ad resolutionem deueniatur, supponendum est; reseruatio-
5 nes alias esse temporales, alias verò perpetuas; item temporales alias, quæ contrahuntur ipso obitu possessoris, & sic

in

in ipsa vacatione; qualia sunt Beneficia
6 reseruata ratione temporis,& mensium,
de quibus est regula *octaua, nunc Nona*
Cancellariæ, dicta reseruatio Mensium Apo-
stolicarum, & Alternatiua pro Episcopis
residentibus, alias temporales longiori
tempore duraturas, quæ contrahuntur
in vita possessoris, vt sunt Beneficia pos-
sessa per familiares Cardinalium, Colle-
ctores, Subcollectores, Prothonotarios
Apostolicos, & similes personas, prout
de familiaribus Dominorum Cardina-
lium est *regula quarta Cancellariæ*, & de
Collectoribus, & Subcollectoribus est
regula quinta, de Prothonotarijs Apo-
stolicis autem est *regula* 1.

Et quia adhærent personæ possiden-
tis, Beneficia durant, durante illius vita,
ac propterea mortuo possidente, post
quàm de illis alius est prouisus, cessat
reseruatio, & euanescit, at eo viuente
operatur, vt in quocunque mense sequa-
tur vacatio, pertineat semper prouisio
ad S. Sedem Apostolicam, & menses om-
nes sint Apostolici.

8 Perpetuæ verò reseruationes sunt quę
adhærent Beneficijs ipsis, per quas Be-
neficia propter sui conditionem re-
seruantur, quemadmodum sunt in
Cathedralibus prima dignitas post
Pontificalem, & prima dignitas in
Collegiatis, quæ semper, & quocun-
que tempore vacauerint, sunt S. Sedi
Apostolicæ reseruatæ ex *regula tertia*
Cancellariæ Massob. de concurs. ad Pa-
roch. Eccl. prælud. 14. dub. 1. n. 14.

9 Hinc si beneficia reseruata reserua-
tione temporali primo modo vacent in
mense reseruato, Sede Apostolica va-
cante, possunt per Ordinarios conferri;
per mortem enim Summi Pontificis
expirant regulæ Cancellariæ *Io: Carol.*
Antonell. de regim. Eccles. Episcop. lib. 3.
cap. 5. n. 18. cætera verò Beneficia alia-
rum reseruationum quocunque tempo-
re vacant sunt reseruata, vnde habetur
10 differentia inter reseruationes; Si verò
huiusmodi Beneficia primi ordinis, vt
ità dicatur, reseruata, vacauerint Sede
Apostolica plena, & exinde ante proui-
sionem contingat S. Sedem Apostolicam
vacare, sunt etiam reseruata ex *regula*
Vndecima Cancellariæ reseruantis Bene-
ficia, Sede Apostolica vacante non pro-
uisa ibi: *remansisse, & remanere per hu-*
iusmodi reseruationem, & decretum affecta.
11 Et hic etiam notandum est, quod li-
cèt semper verum sit, quod mortuo Sũ-
mo Pontifice expirant regulæ Cancel-
lariæ, & hoc verum sit etiam si vacatio
contingat, viuente Summo Pontifice;
tamen, & si cessauit, & expirauit reser-
uatio per mortem Summi Pontificis,
quia tamen contracta fuit reseruatio
per vacationem, sequutam eo viuente,
cessat reseruatio, sed durat affectio, vnde
notanter dicitur in regula, *affecta*, & nõ
reseruata, quæ affectio operatur, vt nemo
nisi solus Summus Pontifex possit de
huiusmodi Beneficijs prouidere, & ordi-
nare per notabilem textum *in extrauа-*
ganti ad Romani §. Romani de præbend.
12 vnde colligitur, quid sit reseruatio, &
quid affectio, in quo conueniant, & dif-
ferent; vt scilicet reseruatio si sit expres-
sa in iure, se habeat ad affectionem, ve-
luti causa ad effectum, vt ex *d. regula*
liquet, quandoquidem ex reseruatione
13 contracta remanet affectio, quandoque
datur affectio sine reseruatione expres-
sa, non tamen sine ea implicita, & taci-
14 ta, vt accidit, quando Summus Ponti-
fex apponit manus in prouisione ali-
cuius Beneficij; quia per appositionem
manus Papæ oritur tacita reseruatio, &
expressa affectio, contenta in *d. regula*
Cancellariæ, in d. extrauag. ad Romani de
præbend. Gonz. ad d. regul. octauam Cancell.
glos. 52. n. 4. Massob. de concurs. ad Paroch.
Eccl. præbend. 25. per totum.

Et quidem posse D. Ordinarium ordi-
nare, & prouidere huiusmodi Archipræs-
byteratũ, cura cui animarũ totius huius
15 Ciuitatis annexa est, aperta est decisio
d. tex. in d. cap. si Apostolica de præbẽd. in 6.
quem textum dicit egregium *Gonzal. ad*
d. regul. 8. Cancell. §. 5. proemial. n. 225. &
per hunc textum limitari, & declarari
textum in *cap. 2. eod. tit. in 6.* inquit idem
Gonz. loc. cit. vt uidelicet ampla illa, &
vniuersalis reseruatio Beneficiorum
vacantium in curia, & apud S. Sedem
Apostolicam cum decreto irritanti, non
procedat, & limitetur in Parochialibus
vacantibus S. Sede Apostolica vacante,
vel etiam plena, eis autem ante obitum
Papæ non prouisis, vt in casu euenit, vt
ipsemet *tex. in d. cap. si Apostolica apertè*
limitat ibi: *Constitutione felic. recordat.*
Clementis Papæ prædecessoris nostri de Be-
neficijs apud Sedem ipsam vacãtibus, alium,
quam per Romanum Pontificem minimè
conferendis, vel alia quauis contraria, su-
per hoc edita, non obstante, & nullibi repe-
riri

17 riri derogatum dispositioni *d. capit. si*
Apostolica inquit idē *Gonzal.ibid.n.* 128.
& per plures numeros confirmat dispo-
sitionem *d. textus*. in fine tamen n.147.
cogitandum relinquit,cum non viderit
vnquam hunc casum in praxi Iudiciaria
disputatum , & in dubio pro prouisione
Apostolica faciendam esse interpræta-
tionem.

18 At quem textum Gonz.ipse non vidit
ad praxim reductum , testatur se pluriès
practicatum vidisse *Pyrr. Corrad.in prax.*
benefic.lib.3.cap.6.n.58.vers. qui quidem
textus adeó viget vt non semel fuerit in
praxi deductus,& practicari posse,prout
passim practicatur , & practicatum se
vidisse iuxta dispositionem *d. cap.si Apo-*
stolica ait *Corrad. ibid. sub vers.* Et hoc
non obstante , & ità vidisse practicatum
suo tempore, cum in Cancellaria Apo
stolica exerceretur in vna Castren. & in
vna Asculana , & de tempore S.mem.
Clementis octaui,qui viuæ vocis oracu-
lo suo Datario dixit , Oratorem non
egere noua prouisione , sed collationem
Ordinarij fuisse validam *Corrad. ibid.*
vers.præterea in fine Massob.de concurs. ad
Paroch Eccl.req.7.dub.43.per totum.

Nec obstat , quod vacatio non conti-
gerit, Sede Apostolica vacante,sed ple-
na , atque adeo prouisio sit reseruata
Sanctissimo D.Papæ per *d. regulam Vn-*
decimam Cancellariæ , ibi: *tempore obitus*
eorundem prædecessorum vacabant, reman-
sisse,& remanere per huiusmodi reseruatio-
nem,& decretum affecta, nullumque de il-
li , præter Romanam Pontificem ea vice se
intromittere,vel disponere potuisse sine pos-
se quodammodo. Decernens irritum,& ina-
ne, si secùs super illis attentatum forsan
erat , tunc vel in posterum contingeret at-
19 *tentari* quia quòad hoc idem textus *in*
d.cap si Apostolica apertè statuit *in §. vo-*
lumus , ibi: *idem volumus , & de illis,quæ*
ibidem ipso Romano Pontifice viuente va-
cabant , si de ipsis per eum ante ipsius obi-
tum non fuerit ordinatum *Corrad. ibid.*
vers. vnde licet infine.

20 Minus obstat S.Rotæ Romanæ *decisio*
231. n. 9. *coram Emin. Card. Celsi inter*
eius impressas , quia loquitur de Ecclesia
Parochiali reseruata, ex quo contigit
eius vacatio in mense Apostolico,Sede
Apostolica vacante,vel etiam plena,si de
ea Summus Pontifex non disposuit ante
suum obitum; quia clara est *d. textus in*
cap.si Apostolica dispositio , secundum
quam potest Ordinarius de Parochiali-
bus sic vacantibus prouidere , vt supra
21 firmatū est;sed loquitur de Parochiali
Ecclesia,de qua agebatur,& poterat Or-
dinarius prouidere, non obstante vaca-
tione in mense reseruato, viuente Sum-
mo Pontifice sequuta , si de ea ante obi-
tum non ordinauit , sed deuoluta ad S.
Sedem Apostolicam , & affecta ob non
seruatam formam *Sacri Concilij Triden-*
tini sess.14.cap. 18. de reform. de haben-
do concursu iuxta formam huius decre-
ti in collatione Parochialium Ecclesia-
rum, *& Constitutionis S.M.B.Pij V.incip.*
in conferendis Rota ibid.n. 8. per quam
constitutionem irritantur omnes colla-
tiones Parochialium Ecclesiarum, factæ
contra formam horum Iurium, & Paro-
chiales ipsæ remanent ex huius consti-
tutionis, & S. Concilij Trident. disposi-
tione S.Sedi Apostolicæ reseruatæ, & af-
22 fectæ;non quidem ex prima reseruatio-
ne,orta ex regula Cancellariæ , quæ per
obitum Papæ expirauit;sed ex hac secū-
da *Pyrr.Corrad.in prax. beneficiar. lib.3.*
cap.3.n.5.vers 3.casus.& per solum Sum-
mum Pontificem conferri , & prouideri
potest *per extrauag. ad Romani de præ-*
23 *bend.* & cōfertur sine concursu *Corrad.*
ibid. & ob negligentiam Ordinarij in
prouidendo ; vel ob non seruatam for-
mam prædictam remanet Beneficium
24 affectum ; vnde semel affectum semper
remanet affectum d. *Extrauag. ad Roma-*
ni de præbend. Antoneli. apud quem plù-
res *lib cap.5.n.18. de regimin.Eccl.Epist.*
quæ quidem affectio oritur ex reser-
uatione contenta in *S.Concil.Trident.loc.*
cit.d.Const.S.B.Pij V.& Extrauag.ad Ro-
mani , etiam de Parochiali , quando in
eius collatione non est seruata forma in
25 eis præscripta,vnde non agebatur,an
potuerit Ordinarius prouidere Ecclesias
Parochiales sic, vt prædicitur vacantes,
& consequenter an intraret dispositio *d.*
cap si Apostolica , quæ procedit in proui-
dendo post vacationem ante prouisio-
nem , sed agebatur de Parochiali iam
deuoluta , & affecta, ob non seruatam
formā d. S. Concilij, & Pianæ constitu-
tionis in collatione ex dispositione *d.*
extrauagantis ad Romani . quæ procedit
post prouisionem ab Ordinario factam
non seruata forma, vel non factam, iam
suo tempore faciendam, & sic ob negli-
gentiam collatoris.

26 In collatione tamen huiusmodi Pa-

ro-

rochialium necessariò præcedere debet concursus, & seruari in omnibus forma S.Concilij,& d. Constitut. Pianæ eodem modo ac si vacatio contigisset in mense ordinario *Massob.d.requis.7.dub.43. Corrad.loc.cit.vers.& licet meo tempore infine*, & cum procedat in huiusmodi collatione Ordinarius iure suo ordinario *Massob.*
27 *loc. cit.* habet semestre ad prouidendū & conferendum seruata in omnibus forma dictorum iurium *Corrad. loc. cit.*
28 textus enim *in d. cap. si Apostolica* nullū præfigit terminum ad conferendum *Corrad. ibid.* & reducit negotium ad terminos iuris communis ante reseruatio-
29 nes; quo iure attento omnia beneficia in propria Diœcesi erant ordinariæ prouisionis.

Hæc autem forma hic seruata non fuit, ea ratione quod sit dignitas habēs annexam curam animarum ita vt cura veniat in obliquo, & dignitas in recto,
30 quo casu non est necessarius concursus; Beneficium namque vnitum amittit nomen, & naturam Beneficij; & attenditur qualitas,& conditio principalis Beneficij, non verè Beneficij vniti *Corrad. ibid. vers. sextus casus.*

Vnde magna oritur difficultas; nam vel dicitur esse Dignitas habens curam animarum annexam, atque adeo conferibilis sine concursu,& non censetur Beneficium Parochiale, ac propterea non comprehenditur in dispositione *d. cap. si Apostolica*, quod solum de Parochialibus loquitur & non extenditur ad alia Beneficia huius generis curata *Corrad. ibid.vers.& ex Franch.* & successiuè non posset per Ordinarium prouideri, cui facultas aperitur per d. textum, neque ad hæc se extendit authoritas, sed reseruatur S.Sedi vigore *d.regula vndecimæ*. Vel censetur Beneficium Parochiale, & necessariò conferendum est per concursum, & seruanda est forma *S. Concilij cit. & constitutionis B.P. In conferendis* adeo vt aliàs facta prouisio nulla sit,& Beneficium remanet affectum Sedi Apostolicæ.

D. Episcopus contulit hunc Archipræsbyteratum V.I.D.D.Iosepho Arachi de Carolauo Hydruntinæ Diœcesis, Canonico eiusdem Cathedralis Ecclesiæ; sed Dataria Apostolica irrita facta collatione Ordinarij iam prouiderat ad fauorem D. Ioseph Leo de eadem Ciuitate; demum magnis impensis laboribus, fuit d. Abbati Arachi collatus Archipræsbyteratus, & eius Canonicatus fuit collatus d. D.Iosepho.

ARGVMENTVM.

Cognatio spiritualis contrahitur in Baptismo, per infusionem celebrato, à patrino, si teneat infantem cum baptismus perficitur, nec requiritur, quod suscipiat infantē de manu baptizantis; prout requireretur in baptismo, si mos erit celebrari per immersionem.

SVMMARIVM.

1 *Cognatio spiritualis contrahitur in Sacramento Baptismi à patrino tenente infantem, dum perficitur.*

2 *Nec requiritur, quod infans suscipiatur de manu baptizantis.*

3 Martinus Bonacina tom.1.de imped. matrim.q.3.par.5.§.2. n. 12. *quomodo loquitur.*

4 *Baptizans idem debet esse aquam adhibens,& verba proferens.*

5 *Intellectus* textus in cap. omnes 8. & cau.post susceptum 5. 30.q.1.

6 *Intellectus* textus in can. 1, 2. 3. xxx. q.111.in can.si quis vnus xxx.q IV.& in cap.2.cap.Martinus & cap. veniēs de cognat. spiritual. & cap. 1. & in cap.fin.eod.in 6.

7 *Cognatio spiritualis non contrahitur in Baptismo per immersionem celebrato,nisi Patrinus de manu Sacerdotis infantem statim post baptismum suscipiat.*

8 Iulij Caponi doctrina contr. forens. 27.n.1.& 2.*quomodo procedat.*

PLACITVM XXXXIII.

R. Parochus huius Ciuitatis diuulgauerat, non contrahi cognationem spiritualem à patrino, qui teneret infantem, dum Sacrum Baptismo per Sacerdotem conficeretur; nisi susciperet Infantem post baptismum de manu baptizantis;& ex hoc serpere incipiebat admiratio, & exinde de facili sequerentur scandala, ad quæ vitanda, censui declarationem euulgari affirmatiuam, nimirum

rum contrahi cognationem spiritualem
à patrino, tenendo infantem dum Sacer-
dos aquam infundit ad conficiendum
Baptisma, nec requiri, vt post Baptismũ
patrinus susciperet baptizatum de ma-
nu baptizantis.

Clara est enim dispositio Rubricæ
Ritualis Romani de Sacramento Bap-
1 tismi, ibi *tunc patrino, vel matrina, vel
vtrique (si ambo admittantur) infantem
tenente, Sacerdos vasculo, seu urceolo ac-
cipit aquam baptismalem, & de ea ter fun-
dit super caput infantis.*

2 Hinc apertè colligitur non requiri
ad effectum contrahendi cognationem
spiritualem, in Baptismo, quod patrinus
suscipiat infantem de manu Sacerdotis
post peractum Baptisma; sed tantum re-
quiri, quod patrinus teneat infantem
dum Sacerdos baptizet; atque adeo non
requiri susceptionem infantis post Bap-
tisma; sed solum tentionem infantis in
Baptismo; hoc apertè docet *Sanch. de
matr. lib. 7. disp. 56. n. 1.* ibi: *Constat igitur
inter DD. desiderari, vt patrini cognationẽ
hinc spiritualem contrahant, vt baptiza-
tum, aut confirmatum teneant, dum hæc Sa-
cramenta conferuntur; nempè dum aqua
infunditur puero in baptismo:* Vnde eui-
denter colligitur ad contrahendam hãc
spiritualem cognationem sufficere ten-
tionem, dum baptismus per infusionem
perficitur.

3 Nec obstat *Bonacin. tom. 1. de imped.
matr. q. 3. punct. 5. §. 2. n. 12.* existimans ad
contrahendam huiusmodi spiritualem
cognationem, requiri, vt puer suscipiatur
de manu baptizantis statim, ac baptiza-
tus est, aliàs compater, aut commater,
non dicantur suscipere, seu leuare puerũ
de Sacro fonte; nam eius dictum, sic in-
distinctè scriptum aduersatur Rituali
Romano, si sic intelligeretur, & si admit-
teretur de Baptismo per infusionem
aquæ, esset prorsus impracticabile; non
enim fieri potest, vt baptizans manibus
suis teneat infãtem in cuius caput aquã
infunderet, sed procedit solum in Bap-
tismo, per immersionem in aquam cele-
4. brato, in quo, cum ex rubrica eiusdem
Ritualis idem debet esse aquam adhi-
bens, & verba proferens *Ritual. Roman. de
form. Baptismi*, non posset patrinus infan-
tem mergere, & Sacerdos verba pronũ-
ciare, sed Sacerdos ipse, qui proferre de-
bet verba, & Sacramentum perficere, de-
bet infantem mergere, lauare, & bapti-
zare, qui post peractum Baptismum dat
infantem patrino, & hic tunc dicitur le-
uare, & suscipere.

Nec refragãtur *textus in can. omnes 8.
30. q. 1. in can. post susceptam 5. 30. q. 3. per
Bonacin. loc. cit.* allegati; apertè namque
5 loquuntur de Baptismo celebrato per
mersionem vt patet ex *tex. in d. can. om-
nes* ibi: *vel nobis suscipientibus, & d. can.
post susceptum.* ibi: *post susceptum verò de
fonte filium*, vndè ad terminos horum
textuum limitanda est laxitudo illius
6 dicti. Idem suadetur *ex can. 1. 2. & 3. 30.
q. 3. ex can. si quis 30. q. 4. ex cap. 2.* ibi:
de sacro fonte susceperit cap. Martinus ibi:
*filium de sacro fonte suscepit, & ex cap.
veniens de cognat. spiritual. & ex cap. 1.*
ibi: *qui enim suscepit, & ex cap. fin.* ibi: *ad
suscipiendum de baptismo de cognat. spirit.
in 6.* & demum apertissimè decidit *S.
Concil. Trid. sess. 24. de matr. cap. 2.* ibi:
baptizatum de Baptismo suscipient, & Pau-
lo inferius *quod si alij vltra designatos
baptizatum tetigerint Sanch. de matr.* &
apertissima est rubrica Ritualis Roma-
7 no *loc. cit.* ibi; *Vbi autem est consuetudo
baptizandi per immersionem, Sacerdos ac-
cipit infantem, & aduersus, ne lædatur, cau-
tè caput eius immergit, & trina mersione
baptizat. Mox patrinus, vel matrina, vel
vterque simul infantem de sacro fonte le-
uant suscipientes illum de manu Sacerdotis.
Quid clarius.*

8 Nequè demum obstat doctrina Iulij
Caponi Præceptoris mei, nunquam satis
laudatæ eruditionis *contr. forens. 27. n. 1.
& 2.* cuius doctrina Parochus prædi-
ctus videbatur niti; nam de eodem Bap-
tismo per mersionem celebrato loqui-
tur, & si subobscurè in figura casus loqu-
tus fuit, vbi videtur voluisse, non con-
trahi cognationem spiritualem, etiam si
patrinus teneret infantem dum Sacer-
dos aquam infundit baptizando infan-
tem ibi: *in actu, in quo Parochus aqua
voluit abluere caput pueri, dicta Aloysia
commater accepit d. puerum de manu ob-
stetricis, & ex parte capitis posuit, colloca-
uitque in manibus eiusdem Doctoris Ioan-
nis de Bonis, tenens etiã ex parte pedum, &
sic fuit administratum Baptismi Sacramen-
tum.* Sic enim intelligendus est, nam
aliàs vel casus malè figuratur, vel do-
ctrinæ non feriunt punctum. Et quidem
firmo manente casu, vt ponitur, ipsemet
Doctor fatetur *ibidem n. 6.* propè finem,
patrinum contrahere cognationem
spi-

spiritualem, tenentem puerum, dum perficitur Baptismus per aquæ infusionem, apertissimis verbis; *quia cognatio spiritualis tunc contrahitur, quando aliquis infantem tenet, dum Sacerdos aquam infundit*, quibus verbis nihil clariùs dici potest & in hac facti specie resolutio, licèt videatur contraria, dum dicit: *Respondeo non esse opus dispensatione*: tamen nō aduersatur, benè verò diuersificatur, nā casus loquitur de Baptismo celebrato per infusionem aquæ, & doctrinæ resolutiones loquuntur de Baptismo celebrato per immersionem in aquam; vndè licèt in hoc Baptismo mersionis non contrahat patrinus cognationem, nisi suscipiat infantem de manu Sacerdotis immediatè post peractum Baptismum, in Baptismo autem infusionis, vt ità dicam, patrinus contrahit cognationem tenendo infantem coutemporaneè, dum Sacerdos aquam infundit, vt supra firmatum est.

Si verò casus malè figuratur, iam sumus extra casum. Et verè doctrinæ per eum allegatæ ex *Sanchez, Basilio, Pontio, & decreto S. Congregationis* non collineāt ad casum; doctrinæ namque, & decreti S. Congregationis loquuntur, *quod si quis suscipiat puerum ab alio, e fonte elevatum, non contrahit cognationem spiritualem*, vt inquit ipse *nu. 3. vers.* hoc ipsum; & casus loquitur de patrino, qui tenet infantem, dum Baptisma per infusionem aquæ perficitur.

Vlterius quando casus procederet de Baptismo per immersionem, textus omnes, & doctrinæ loquuntur, non contrahi cognationem spiritualem à patrino, nisi immediatè suscipiat infantem de manu Sacerdotis, ac propterea, si suscipiat secundò, idest de manu suscipientis, non autem Sacerdotis, cognationem nō contrahit; & sic procedunt doctrinæ per eum allegatæ; at doctrinæ, & textus non loquuntur, non contrahi cognationem per patrinum, qui tenet infātem in Baptismo infusionis, & accepit infantem de manu commatris ad effectum tenendi eum in Baptismo, prout est casus, & sic accepit de manu commatris destinatæ ad tenendum in Baptismo, quod non prohibetur; non autem suscepit de manu commatris iam effectæ de Baptismo.

Et ità, &c.

ARGVMENTVM.

Cessionarius nominis debitoris cū promissione exigibilitatis potest agere contra cedentem, non excusso debitore cesso.

SVMMARIVM.

1 *Confessi in iure pro condemnatis habentur.*
2 *Cedens censum cum promissione euictionis de iure, & de facto potest tam ipse, quam debitor cessus conueniri.*
3 *Exigibile nomen idem est, ac soluenda, & locuples.*
4 *Cedens nomen exigibile, & debitor cessus sunt duo Rei debendi respectu cessionarij.*
5 *Exceptio excussionis nominis cessi obstat cessionario, etiam si adsit promissio exigibilitatis, & debitor sit difficilis exactionis.*
Contrarium est verius nu. 15.
6 *Cessionarius nominis debitoris soluendo, & exigibilis non potest contra cedentem agere, nisi prius omnem diligentiam adhibeat contra debitorem cessum pro illius exactione.*
Contrarium est verius nu. 13.
7 *Etiam si cessio sit facta solutionis causa, & non in solutum.*
8 *Diligentiæ huiusmodi perducendæ sunt vsque ad sententiam super excussione.*
9 *Cessionarius dicitur procurator in rem propriam.*
10 *Cessionarius tenetur susceptum mandatum perficere, aliàs tenetur de dolo.*
11 *Mandanti cedenti daretur actio contra cessionarium ad damna, & Interesse.*
12 *Cessionario imputantur negligentia in excutiendo debitorem cessum.*
13 *Exigibilitas promissa tribuit cessionario facultatem procedendi exequutiuè contra cedentem.*
14 *Conseruatia census promissa restringitur ad veritatem census de iure.*
15 *Promissio exigibilitatis operatur, vt cedens teneatur præstare censum verum de iure, & exigibilem de facto.*
16 *Promittens nomen debitoris exigibile tenetur præstare tale, vt nihil ei opponi possit.*
17 *Etiam successiuis temporibus.*
18 *Cessionarius manutenendus est in qualitate*

tatr exigibilitatis.

19 *Nec sufficit si tempore cessionis debitor fuerit idoneus.*

20 *Exigibile non dicitur, quod difficile exigitur.*

21 *Cedens nomen debitoris cum promissione euictionis de iure, & de facto, siue nomen bonum, aut illæsum, aut exigibile, vel debitorem locupletem, tenetur præstare debitorem, idoneum facultatibus, & facilis exactionis.*

22 *Et contra ipsum agi posset non præmissa nominis cessi excussione.*

23 Intellectus textus in l. si plus, vel minus 74. vers. qui nomen ff. de euictionib.

24 *Cessionarius nominis cum promissione exigibilitatis agere potest contra cedentem non excusso nomine cesso.*

25 *Secundum veriorem opinionem.*

26 *Promittens nomen debitoris exigibile de iure, & de facto idem est ac præstare debitorem locupletem, & facilis exactionis.*

27 *Promittens se facturum, vel curaturum, vt alius soluat, tenetur ad id quod interest cessionarij, quod est ad eandem summam soluendum.*

28 *Exceptio excussionis non admittitur cum agitur summariè.*

PLACITVM. XXXXIV.

D. Franciscus de Aeuno de Ciuitate Gallipolis conuenit in hac Episcopali Curia Neritonen. R. D. Dominicum Greco de Terra Aradei huius Neritonē. Diœcesis ad restituendum sibi ducatos quatuordecim ei mutuo datos, nec non tumulos vndecim frumenti pariter mutuò datos, & aliam pecuniarum quantitatem ex alia causa debitam: Ex aduerso D. Dominicus fatebatur debitum, & reconueniendo d. D. Franciscum actorem, instabat sibi consignari, & solui annualitates debitas pro medietate annuorū ducatorum decem cum eorum capitali ad rationem ducatorum quinque pro centenario per d. D. Franciscum, & D. Vaxquum fratrem eidem D. Dominico pro dote simplicis beneficij per eos fundati, & dotati assignatorum ex maiori summa; quam à d. Ciuitate Gallipolis sunt consequuturi, & successiuè compensari cum prædictis summis frumenti, & pecuniarum, & pro excessu sibi tradi, & solui ab anno 1667. die videlicet adeptionis possessionis beneficij prædicti, cum non potuerit à d. Ciuitate prædictos annuos ducatos quinque exigere propter nimiam difficultatem in exigendo, & defectum facultatis in debitrice ad soluendum; & hanc ob causam teneatur ipse D. Franciscus cedens creditum prædictum ad soluendum cessionario summam cessam, quippe quia in cessione huiusmodi promiserat euictionem de iure, & de facto, atque adeo, teneatur ipse soluere, quod promiserat soluendum per debitorem cessum, & causa seru. seru. instructa, fuit per me condemnatus D. Dominicus in causa conuentionali ad restituendum, & soluendum summas prædictas pecuniæ, & frumenti, iuxta ipsiusmet cōfessionē; & in causa reconuentionali fuit D. Franciscus condemnatus ad soluendum eidem D. Dominico reconuenienti annualitates prædictas, pro ea summa, quæ supererit, facta compensatione prædictarum quātitatum, nisi infra bimestre curauerit satisfactionem huiusmodi annualitatū à d. Ciuitate faciendam.

Et quidem quantum attinet ad causam Conuentionalem D. Dominicus conuentus nulla poterat se excusatione tueri, cum fassus esset debitum in ea for-
1 ma, quā petebatur, & confessi in iure pro condemnatis, & Iudicatis habentur *l. vnic. de C. de confess.* ibi: *Confessos in iure pro Iudicatis haberi placet, quare sine causa desideras recedi à confessione tua, cum, & soluere cogeris.*

Et quoad Iudicium reconuentionale non poterat D. Franciscus inspecta forma contractus cessionis prædictæ effugere condemnationem, quandoquidem promisit censum prædictum, nedum verum, realem, & exactum, verum etiam exigibilem; & adiecit insuper promissionem euictionis de iure, & de facto; quibus casibus posset creditor cessionarius recta via agere, tām contra debitorem cessum, quam contra debitorem
2 cedentem: cedens namque nomen debitoris cum promissione euictionis de iure, & de facto videtur ipse & debitor cessus se ad continuationem annui redditus cessi obligare, & nouam obligationem constituere, prout re vera in persona ipsius cedentis constituitur *Roderic. de annuis redit. lib. 1. q. 8. n. 22.* sequitur *Paul. Staiban. iun. resol for. decision. resol.*
3 *67. n. 10.* & in terminis cessionis cum promissione exigibilitatis nomē cessum sci-

ſcilicet eſſe exigibile, quòd idem eſt ac
eſſe ſoluendo, & debitorem locupletem,
4 cedens ipſe, & debitor ceſſus ſunt duo
correi debendi reſpectu ceſſionarij, ac
proptereà poteſt à quolibet eorũ in ſo-
lidum ceſſionarius petere *Horatius Mon-
tanus contr.44.n.3.in corpore.*

5 Nec obſtat exceptio excuſſionis
faciendæ per ceſſionarium contra de-
bitorem ceſſum, ante quam contra
cedentem agere poſſet; quam quidem
excuſſionem debitoris ceſſi neceſſariam
eſſe etiam ſi ceſſio facta ſit cum promiſ-
ſione exigibilitatis omni futuro tempo-
re,& debitor ſit difficilis exactionis, di-
xit *Marcus Antonius Tomatus decis. Mar-
ch.29.n.18. & ſeq. Donat. Ant. de Marin. in
annot. ad decis. Reg. Renert. par. 2. decis.*
6 *430. in fin.* in ijs enim caſibus, in quibus
cedens, vel vendens nomen debitoris
tenetur præſtare illud ſoluendo, & exi-
gibile, non poteſt ceſſionarius, vel emp-
tor agere contra cedentem, vel vendito-
rem nominis debitoris, niſi omnem ad-
hibuerit diligentiam contra debitorem
ceſſum pro illius exactione *Ludou. Cenc.
de Cenſib. in addit. ad par. 2. cap. 2. q. 2. art.*
7 *6. n. 71.* Etiam ſi ceſſio facta ſit ſolutio-
nis cauſa, & non in ſolutum, tenetur ceſ-
ſionarius diligentias facere in exigendo
nomen ceſſum *Thomat. ibid. n. 13.* prius
quàm regreſſum haberet contra princi-
palem cedentem *Scaccia de Commer. &
Cam. §. 2. gloſ. 5. n. 259.* & diligentias
8 perducere ad finem obtinendi ſolutio-
nem, vel declarationem Iudicis, debito-
rem ſcilicet fuiſſe excuſſum, & repertum
non ſoluendo; cum non ſufficiat diligẽ-
tia vſque ad ſententiam, imò neque vſ-
que ad excuſſionem incluſiuè, niſi fera-
tur ſententia interloquutoria ſuper ex-
cuſſione *Scacc. loc. cit. n. 255.* Ceſſiona-
9 rius enim dicitur procurator in rem
propriam *Marth. de clauſul par. 1. clauſ.
232. n. 4. & ſeqq. Thomat. vbi ſupra à nn.*
10 *19. & deincep.* atque adeò tenetur
ſuſceptum mandatum conſummare, ne
de dolo teneretur *l. dolus ff. mandat. Scac.*
11 *ibid. n. 257.* & mandanti daretur actio
mandati contra mandatarium *l. ſi man-
dauero ff. mandat.* & teneretur ad dam-
na, & intereſſe *l. idemque §. ſi procurator,
& l. ſi tibi mandauero ff. mandati l. ad com-
parandas, & l. in re mandata C. mandat.*
12 *Thom. ibid. n. 21. & ſeqq.* vnde fit, vt te-
neatur ad dictas diligentias; adeo vt
omnes negligentiæ ipſi imputentur
Thom. ibid. n. 26. & 27. & diceretur defi-
cere in ſalutari, ſi ſuſcipiendo ceſſionem
non fuerit vſus diligentijs neceſſarijs in
capiendo tenutam bonorum, eaque ſub-
haſtari faciendo citatis debitoribus
Thomat. loc. cit. n. 29. verſ. & ideo, vbi
plura remouendo impedimenta iudicis
inhibentis, inſtando pro moderatione
inhibitionis, & pro carceratione debito-
ris ad effectum euitandi negligentias,
aliàs diceretur eſſe in culpa, & dolo, quia
noluit exequi, quod poterat, & teneba-
tur *cap. licèt de præbend. in 6. l. dolo ff.
mandat.*

13 Quia verior eſt ſententia, quod non
requiratur excuſſio nominis ceſſi, quan-
do in inſtrumento ceſſionis eſt promiſſa
exigibilitas annui redditus, tunc enim
non ſolum validitas, & iuſtitia promiſ-
ſionis eſt euidens, ſed etiam tribuitur
facultas ceſſionario procedendi exe-
quutiuè contra cedentem *Rota decis. 35.
n. 2. poſt tract. Olea de ceſſion. iur. & act.
Paul. Staiban. Iun. in obſeru. ad d. reſolut.
67. n. 1. & 2.*

Nec dici poteſt promiſſa exigibilitas
quòad Ius, & ſic de iure ſuper veritate
crediti; non autem quòad factum, & ſic
ſuper exactione fructuum; nam hoc eſſet
14 verum, quando ſimpliciter fuiſſet pro-
miſſa conſeruatio, ſeù manutentio cen-
ſus; hoc namque caſu promiſſio huiuſ-
modi reſtringeretur ad ſolam veritatẽ,
& ſic de iure *Beltram. ad S. M. Greg. XV.
decis. 579. in fine Gaſpar. Theſ. qq. forenſ.*
15 *lib. 3. q. 7.* non ſic eſſet, quando vltra
dictam manutentionem adeſt ſpecifica
promiſſio exigibilitatis cenſuum ceſſo-
rum, nam in hoc caſu tenetur cedens
pręſtare vtrumque, & quod cenſus ſit
verus, & ſic de iure, & quod ſit exigibi-
lis, & ſic de facto plures apud *Staiban. d.
obſeru. ad reſol. 67. à n. 3. ad ſeptimum.* Et
promittens nomen debitoris exigibile,
tenetur pręſtare tale, vt nihil ei opponi
poſſit *Bart. in l. fin. in fine ff. ad Macedon.
Decius conſ. 102. nu. 1. Mangil. de euict. q.
79. n. 12.* apud *Paul. Staib. d. reſol. 67. n. 1.*
17 *& obſeru. 67. n. 3.* etiam ſucceſſiuis tẽ-
poribus *Rot. Roman. penès Gratium con-*
18. *trarium decis. 146. n. 7.* & ceſſionarius
manutenendus eſt in iſta qualitate exi-
gibilitatis *Grat. diſcept. forenſ. cap. 527.*
19 *n. 5. & ſeqq.* nec ſufficit, ſi tempore
ceſſionis fuerit idoneum *Grat. vbi ſup. n.*
20 *16 & 17. verſ. in ſpecie* nam non dici-
tur exigibile, quod difficile exigitur, &

21 de cętero cedens nomen debitoris cum
promiſſione euictionis de iure, & de fa-
cto, siuè bonum & illęſum, aut exigibile,
vel ſi dicat debitorem ceſſum eſſe locu-
pletem, tenetur cedens præſtare debito-
rem ceſſum idoneum facultatibus, & fa-
cilis exactionis *Alphonſ. de Olea de ceſ-*
22 *ſion. iur. & act. tit. 7. q. 3. n. 17.* & hoc poſ-
ſet contra cedentem agi non præmiſſa
nominis ceſſi diſcuſſione *Rota Roman.*
apud *Paul Staib. d. reſolut. 67. in principio,*
& n. ſeqq.

23 Prętereà ſi ceſſionarius teneretur ex-
cutere debitorem ceſſum, non ſuffragan-
te exigibilitate promiſſa, promiſſio exi-
gibilitatis nihil operaretur ad effectum,
vt ceſſionarius ipſe agere poſſit contra
cedentem non præmiſſa excuſſione de-
bitoris ceſſi; nam regreſſus contra ce-
dentem poſt excuſſionem nominis ceſſi
competit, etiam ſi fuerit promiſſum no-
men debitoris verum, & euictio promit-
teretur de iure; vnde promiſſa exigibili-
24 tas nihil prodeſſet, cuius oppoſitum
apertè colligitur *ex tex. in l. ſi plures vel*
minus 74. verſ. qui nomen ff. de euict. ibi
Qui nomen, quale fuit, vendidit; dumtaxat,
vt ſit, non vt exigi aliquid poſſit, & dolum
præſtare cogitor, vbi gloſ. verb. exigi; tra-
dit differentiam promiſſionis euictionis
de iure tantum, & euictionis de iure, &
25 de facto. Et hanc ſententiam tanquam
veriorem, & iuxta ſemitas iuris tenen-
dam eſſe tradit *Staiban. d. obſeru. 67. n. 67.*
& ab ea non recedendum, & ſecundum
eam Iudicandum, & iudicari in S. Con-
ſilio idem *Staib. ibid. n. 68. & ſeqq.* nulla
præmiſſa diſcuſſione, *& reſol. 121. n. 16.*
centur. 2. ex Gratian. deciſ. 71. n. 1. & ſeqq.
& d. obſeru. 76. n. 71. tradit ſolere S. Con-
ſilium ex æquitate præfigere cedenti
aliquod breue tempus ad procurandam
ſolutionem nominis debitoris ceſſi; quo
elapſo ſtatim fit exequutio contra ce-
dentem ad fauorem ceſſionarij.

26 Et demum cum D. Franciſcus pro-
miſiſſet nomen ceſſum eſſe exigibile de
iure, & de facto videtur promiſiſſe, ſe fa-
cturum, & curaturum, vt cum effectu ſol-
uatur, quod idem eſt, ac præſtare locu-
pletem debitorem, & facilis exactionis
Horatius Montanus d. contr. 44. n. 3. forma
27 namque obligationis puræ, ſe facturũ,
& curaturum, quod alius ſoluat cum
effectu, idem eſt, ac vt teneatur ad id
quod intereſt ceſſionarij ſtipulantis,
quod eſt ad eandem ſummam *Montan.*
loc. cit. n. 3. propè finem.

28 Et quia in cauſa proceſſum erat ſum-
mariè, & ſuper modo procedendi ſum-
mariè fuerat impoſitum decretum per
hanc eandem curiam de tempore Felic.
record. D. Hieronymi de Choris præde-
ceſſoris Epiſcopi inſtante ipſo D. Fran-
ciſco actore, excuſſio Communitatis
Gallipolis debitricis ceſſæ neceſſariá nõ
erat *Staib. d. reſol. 67. à n. 27. ad 31. & re-*
ſol. 96. à n. 20. ad 24. & d. obſeru. 67. n. 25.
& ſeq. & n. 48. & alij apud ipſum.

Et ità vtraque parte informante, &
ſententiæ demum acquieſcen. &c.

ARGVMENTVM.

Mercatores tenentur cõficere librũ, magnum Codicem appellatum, illumque edere requiſiti, non autem giornale. Libri Mercatoris quando probent?

SVMMARIVM.

1 *Liber Mercatoris regulariter non probat.*
2 *Secus adminiculis concurrentibus.*
3 *Bona fama Mercatoris, liber mercantiliter tentus, & partitæ de rebus ad artem pertinentibus cenſentur adminicula.*
4 *Liber mercatoris diceretur mercantiliter tentus, ſi publicè, ab omnibus videatur, & reuideatur.*
5 *Manu mercatoris ſcriptus, non probat pro ſcribente.*
6 *Intellectus* textus in l. generaliter C. de non numerat. pecun.
7 *Liber manu mercatoris ſcriptus probat contra ſcribentem.*
8 *Codex non refert à quo ſcribatur.*
9 *Aduerſaria quæ dicantur, & nu. 14.*
10 *Giornale edendum eſt cum dubitatur de exiſtentia partitarum.*
11 *Originale edendum.*
12 *Giornale eſt prothocollum, ex quo liber mercatoris conficitur.*
13 *Mercatores non tenentur edere giornale ſed Codicem vulgo dictũ libro Maeſtro.*
15 *Codex eſt liber, in quem rationes diligẽter referuntur.*
16 *Codex de more factus probat.*
17 *Scartafacium quid ſit.*
18 *Giornale quid ſit.*
19 *Scartafacium non videtur differre à gior-*

giornali.
20 *Giornale, & memoriale pro eodem sumuntur.*
21 *Libri memoriales edendi non sunt.*
22 *Possunt per scribentem, vel celari, vel lacerari.*
23 *Nec probant pro, neque contra scribentem.*

PLACITVM. XXXXV.

IOsephus Trenta, & Ioannes Vincentius Zuccaro mercatores huius Ciuitatis Neritoni petierunt, & obtinuerunt condemnari Clericum Franciscum Antonium Luciano de eadem Ciuitate ad soluendum summam pretij octoginta vnius, & dimidij sextareorum olei residuorum ex maiori Summa ad rationem octo carolenorum in singula sextarea.

Constabat enim de existentia crediti ex partitis libri mercantilis, vnde sunt extractæ, & ab eodem Francisco Antonio recognitæ, & vna tantum excepta Summæ ducatorum regni viginti quinque de qua solum est controuersia.

1 Et licèt liber mercatoris regularitèr
non probet pro scribente, *l. rationes, C. de prob. l. 1. C. de conuen. fisc. debit. lib. 10. Genua de scriptura priuat. lib. 4. tit. de libro mercat. n. 4. & seq. Rota decis. 266. n. 12. par. 5. recent.* cum alijs, quos sequitur *D. Scoppa ad decis. Gratian. obseruat. 137.*
2 *n. 7.* quia tamen in casu concurrunt adminicula, quæ omnem suspicionem tollunt falsitatis *l. instrumenta C. de probat. Rot. decis. 813. n. 6. par. 1. diuers.* plenè, & concludenter probat, *Canonist. in cap. 1. de fid. instr. Bart. in l. admonendi n. 27. ff. de Iure Iur.* & alij plures à *Rota* allegati *in*
3 *d. decis. 266. n. 13.* vbi *n. 14.* fuerunt pro sufficientibus adminiculis habita. 1. bona fama. 2. quod librum mercantiliter tenuerit, *Seraph. decis. 1222. n. 4.* & vltimò, quòd creauerit partitas de rebus spectantibus ad suæ artis exercitium, quæ omnia concurrere ad rem, de qua agitur, liquet, nam bona fama, tàm Iosephi, & Ioãnis Vincentij, quàm R. Abb. Hieronymi de Falconibus scribentis iustificatur per testes, omnes concludenter, & concorditer, *Rota decis. 266. n. 14.*

Secundum de libro mercantili, quod dicti Ioseph, & Ioannes Vincentius mercantiliter eum tenuerint, & teneant, patet euidenter ex oculari inspectione, videtur enim, & reuidetur ab omnibus pro libro publicè, & à parte ipsa aduersa coram me ad satietatem visus, & re-
4 uisus est, quod sufficere ad hunc effectum, vt liber mercatoris dicatur mercantiliter tentus censuit *Rota decis. 45. n. 2. par. 4. tom. 2. recent.* Et demum tertiũ quod partitæ, in huiusmodi libro descriptæ, sint de rebus pertinentibus ad suæ artis exercitium, manifestum est ex lectura partitarum.

Nec obstat defectus vltimi adminiculi in eadem *decis. 266.* considerati, videlicèt, quòd liber non sit scriptus manu propria ipsiusmet Iosephi, siuè Ioannis Vincentij, quòd est secundum requisitum positum, & expetitum à *Guidone Papa in sua decis. 441.* ad effectum, vt liber mercatoris probet; quia tãtum abest, vt hoc adminiculum adiuuet probationem, vt
5 potius labefactet si liber mercatoris manu scriptus pro mercatore scribente adducatur, quicquid sit, si contra scribentem exhibeatur, vt diligenti examine, veluti cribrando adminicula huiusmodi *Guidonis Papæ* tradit *Aymon Crauetta de antiq. temp. par. 1. §. vidimus n. 22.*
6 *fol. mihi. 68.* vbi sic esse intelligendum *textum in l. generaliter C. de non num. pecun.* allegatum per *Guid. Papam,* vt scili-
7 cet liber mercatoris propria manu scriptus probet contra scribentem non pro eo, quòd adnotauerat *Rota decis. 646. n.*
8 *4. par. 3. recent.* & nihil referre à quo scribatur codex dixit *Benu. Stran. de mercat. par. 2. n. 65. fol. 47. vers. nihil autem.*

Prętereà liber huiusmodi scribitur, & regitur per R. Abb. D. Hieronymum de Falconibus Prępositum, secundam Dignitatem huius Cathedralis Ecclesiæ, Confessarium, cuius nobilitas inter primas huius Ciuitatis, probitas, & integritas notoria, concludenter vno ore omnium testiũ depositione probatur; quòd solum sufficeret ad astruendam omnem fidem, omnemque robur veritatis libro huiusmodi adhibendum.

Et de veritate huius partitæ ducatorum viginti quinque deponit idẽ Abb. D. Hieronymus ritè examinatus, notasse hanc partitam in libro prædicto de ordine expresso, & in præsentia d. Clerici Francisci Antonij, & eidem tàm dictæ partitæ, quàm duarum aliarum sequentium tradidisse exemplum: & insuper numeratio pecuniæ probatur per testes deponentes se in apotheca consignasse de ordine, & pecunia d. Iosephi, & numeras-

fe

se pecuniam eidem Francisco Antonio,
ex quibus remanet concludenter iustificata veritas partitę.

9 Minus obstat, quòd petita exhibitio
libri aduersariorum, vulgo giornale, non
facta; & cum Franciscus Antonius negat
huius partitæ existentiam, & successiuè
10 rationem esse perfectam & liber hic ad-
uersariorum, seù giornale, erat edendus,
& ad hunc effectum cogi posset *Menoch.*
de arbitr. Iud. 2. cent. 3. caf. 269. n. 16. &
17. ex Alciat. in l. 1. §. eum qui ff. de edend.
11 sicut & cætera originalia edenda sunt
l. Sempronius ff. de leg. 2. Nicolaus de Ge-
nua de script. priuat. tit. de giornale n. 6. ex
Alciato lib. 6. respon. c. n. 64. n. 5. Rota Ge-
12 *nuæ decis. 123. n. 6.* Est enim giornale
prothocollum, ex quo liber mercatoris,
seù codex formatur *Genua loc. cit. nu. 1.*
quia re vera Iosephus, & Ioannes Vin-
centius non formant librum giornale,
seù aduersaria de partitis, quæ ad oleum
emendum numerentur, sed statim ad li-
brum ad hunc effectum destinatum pro
emptione olei referuntur.

Prætereà licèt mercatores soleāt ha-
bere aduersaria, vulgo giornale, & Co-
dicem, vulgo libro Maestro; non tamen
13 tenentur edere, nisi Codicem, quem si
habere negauerint, vel non confecisse eis
non creditur DD. citati. Sunt namque
14 aduersaria libelli, in quibus mercato-
res primum rationes excepti, & expensi
negligenter sine ordine, & memoriæ gra-
tia conscribunt, & hi libri dicūtur gior-
15 nale; codex vero est liber, in quem ra-
tiones diligenter perscriptæ referuntur
Benuenut. Stracc. de Mercat. par. 2. n. 51. fol.
16 *44.* Et hic liber Codicis de more factus
probat; non autem perfūctorijs scriptu-
ris, & folijs, seù Cartulis est adhibenda
fides, sed Codicibus ipsis *Stracc. vbi su-*
pra n. 59.

Neque vis facienda est in eo, quòd
Genua d. tract. tit. de giornali, & tit. de Scar-
tafacio tradit; quasi quòd aliud sit liber
giornale à Scartafacio, quia licèt titu-
lo, & nomine differre videantur, pro eo-
dem ab eodem confunduntur, & ab alijs
17 accipiuntur. Scartafacium enim secun-
dum ipsum *Genua tit. de Scartafacio* ni-
hil aliud est, quàm liber, qui memoriæ
seruandæ causa ab ipso mercatore con-
scribitur *Menoch. cons. 296. n. 91. & 95.* &
sine ordine conficitur *Menoch. d. cons.*
18 *296. n. 28. & 29.* Et giornale, siuè ad-
uersaria secundum *Stracc. vbi supra* ni-
hil aliud est quàm liber in quo merca-
tores primum rationes accepti, & expen-
si negligenter, & sine ordine cōscribunt,
19 & memoriæ gratia. Vnde apparet idem
esse Scartafacium, quòd est liber memo-
riæ gratia sine ordine scriptus, ac est
giornale secundum *Stracc. vbi supra*,
qui aduersaria, siuè giornale dicit esse
libellos à mercatoribus sine ordine cō-
20 scriptos quemadmodum pro eodem
sumit giornale, & memoriale *Felin. in*
cap. 2. n. 29. de fid. instr. & idem valere
giornale, ac Scartafacium videtur senti-
re *Genua de Scartafacio n. 11.* qui *num. 12.*
confundit memoriale, & Scartafacium,
igitur Sinonyma sunt, memoriale, gior-
nale, aduersaria, & Scartafacium.

21 Hinc fit vt huiusmodi memoriales li-
bri edendi non sint, *Genua de Scartaf.*
n. 24. vers. sed alia secundo loco, ea ratio-
ne, quia huiusmodi memorialia fiunt pro
vtilitate ipsius scribentis, vt facilius ea
22 scriptura transferatur in Codicem, &
possunt per scribentem, vel celari, vel
lacerari *Genua ibid. n. 24.* nec edita pro-
23 bant pro scribente, neque contra eum
Genua ibid. n. 1. Felin. de memoriali d. cap.
2. n. 29. de fid. instr.

Er ità fuit decisum vtraque parte
pluries informante.

ARGVMENTVM.

Mandatum quid sit, quomodo concipiatur, & quatenus per mandatarium seruandum est.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum quid sit.*
2 *Mandatarius tenetur seruare fines mandati.*
3 *Et tenetur restituere acceptum.*
4 *Et ad id, quod interest.*
5 *Mandatum debet esse gratuitum.*
6 *Mandatum etiam per preces concipitur*
7 *Potest re integra solui, & reuocari.*
8 *Reuocatio mādati debet innotescere mādatario re integra, idest nō dum inchoata.*

PLACITVM XXXXVI.

Beatrix Bolognino de Terra Fellinę rogauit R. D. Antonium Pillileo de eadem Terra, vt sibi res quasdam, emendas

Nea-

Neapoli per Iosephum de Pandis eius
nepotem, iam illuc profecturum, curaret,
hac lege, vt pecuniam, quàm ad summã
ducatorum viginti trium tradiderat, per
litteras cambij eò remitteret, ad effectũ
securiùs euitandi periculum latronum,
quorum frequens erat per vias incur-
sus: D. Antonius pecuniam prædictam
Iosepho proficiscenti dedit, qui per viã
propè Neapolim incidit in latrones, &
sibi subtractam pecuniam dicit, & cum
conuenisset Beatrix D. Antonium in hac
Episcopali Curia, ad restituendum sibi
pecuniam, fuit D. Antonius ad petitam
restitutionem condemnatus.

Conuenit namque Beatrix vnà cum
D. Antonio sub ea forma remittendi
pecuniam per litteras cambij, suscipien-
1 do mandatum; est enim Mandatum con-
tractus, quo quis officium honestum
gratuitò expresse, vel tacitè suscipit exe-
quendo in gratiam alterius *Reginald. in
prax. for. pœnitent. lib. 25. n. 607. Azorius
lib. 9. cap. 1. de mandat. Filliucc. tract. 39.
n. 1. apud Bonac. de contract. de restit. disp.
1. q. 2. punct. 7. n. 9. ex tex. in l. 2. mandati*;
2 cuius mandati formam tenebatur D.
Antonius mandatarius seruare, adeo vt
quicquid cõtra, vel præter fines manda-
ti, eiusque formam ageret, inualidè ope-
retur, nec censetur agere ex mandato *l.*
3 *diligenter ff. mandat.* vnde restitutionem
accepti effugere nequit *tex. est in l. man-*
4 *dati ff. mandati, & d. l. diligenter*, vlterius
ad id, quòd Beatricis interesset res man-
datas emi textus apertus in *l. si procura-
torem dedero §. mandati actio* ibi: *si intere-
rat mea emi ff mandati.*

Neque obstat onus hoc emendi res
totum vergere in commodum Beatricis,
nullo sequuto emolumento in beneficiũ
D. Antonij, sunt enim termini notissimi
Iuris, mandatum esse gratuitum tex-
tus in *l. obligatio. 1. ff. mandati* ibi: *Man-*
5 *datum, nisi gratuitum nullum est, nam ori-
ginem ex officio, atque amicitia trahit. Con-
trarium porro est officio merces.*

Minus obstat ad preces Beatricis D.
6 Antonium suscepisse mandatum; nam
per preces mandatum quoque concipi,
decidit *textus in d. l. obligatio ff. mandati*,
ibi: *item siue rogo, siue volo, siue mando, siue
alio quocunque verbo.*

Demum non obstat Beatricem mu-
tasse propositum, & significasse per Tere-
siam Pillileam Dominicæ Pillileo, vt di-
ceret D. Antonio suo fratri, vt admone-
ret Iosephum de seruanda pecunia sub-
tus, & intus sellam, qua equo insideret,
ne à latronibus inueniri posset, & sic re-
cessisse à primo mandato, & secundum
7 dedisse; poterat enim primum mandatũ
solui, & reuocari re adhuc integra DD.
allegati per *Bonacin. loc. cit. n. 21.* quia
ad effectum, vt mandatum dicatur re-
8 uocatum, debet reuocatio innotescere
mandatario re integra, idest non inchoa-
ta *l. mandati ff. mandati*, at in facto quan-
do adhuc liqueret de noua volun-
tate mandantis, & nouo mandato, reuo-
catio non innotuit D. Antonio manda-
tario, quia Teresia dedit notam, siuè Ca-
talogum rerum emendarum Dominicæ,
eiq; dixit, vt D. Antonio fratri patefa-
ceret suam voluntatem de seruanda
securiùs pecunia; at Domina ipsa expres-
sè examinata deponit se hoc non dixis-
se suo fratri D. Antonio: vnde remanet
firmum primum mandatum.

Et licet Iosephus deponat se habuisse
in mandatis, de seruanda modo dicto
pecuniam, iam salua deberet esse, atque
adeo promptè restituenda, quandoqui-
dem ipse, & plures alij fatentur Latro-
nes dimisisse intactas res suo equo ve-
ctas.

Et ità vtraque parte informante, &c.

ARGVMENTVM.

Promissio indemnitatis quid im-
portet, & in quo differat à pro-
missione euictionis ad intelle-
ctum *textus in l. pater dotem ff.
de dote prælег. & textus in l. mi-
nor §. 1. ff. de euict. declarantur
Antonius Faber, Thomas Carle-
ualius, & Horatius Montanus.*

SVMMARIVM.

1 *PRomissio indemnitatis importat, ser-
uare indemnem promissarium ab
omni molestia, & damno, eumque defen-
dere.*
2 *Tenetur defendere, & Iudicium pro eo
suscipere cum primum molestatur.*
3 *Author laudatus tenetur comparere in
foro laudantis conuenti.*
4 *Negat Antonius Faber, si laudatus ne-*

ges

get, se teneri ad litem pro alio suscipiendam.

5 *Defensio in foro eodem, vbi reus pulsatur, adhibenda est.*

6 Antonius Faber de erroib. Pagmat. dec.6. errore 10. quomodo loquatur.

7 *Passus euictionem, contra promissorem euictionis agens, tenetur coram competente agere.*

8 *Antequam sequatur euictio coram suo Iudice,*

9 Thomas Carleualius de Iudicijs disp. 2.q 6. sect. 7. n. 666. quomodo sit intelligendus.

10 *Idem Iudicium simul, & semel exerceri potest inter euictorem, possessorem, & authorem laudatum, eodemque processu, & sententia terminari.*

11 *Sententia contra reum lata, mandatur exequutioni contra authorem laudatum sine nouo processu.*

12 Horatius Montanus contr. forens. vltim.n.5. *eodem modo loquitur.*

13 *Author laudatus tenetur coram Iudice laudantis comparere, & ab eodem condemnari.*

14 *Non forma dicendi Doctoris, sed an dictum sit secundum ius, inspici debet.*

15 *Intellectus* textus in l.minor §.1.vers. nam si ff.de euictionib.

16 *Lex, qua habet pro motiuo æquitatem, rigorosè seruanda est.*

17 *Rigor opponitur æquitati.*

18 *Æquitas scripta semper præfertur rigori.*

19 Textus in l. venditor ff. de euict. & l. pater dotem ff. de dot. præleg. *non disponunt idem. In quo conueniant, discrepent, & quid disponant.*

20 *Promissio indemnitatis importat per prius defensionem, & consequenter refectionem damnorum, & interesse.*

21 *Promittens indemnitatem idem est ac si promitteret defensionem.*

22 *Promissio indemnitatis importat promissionem defendendi, etiam in Iudicio, suscipiendo litem & liberando à molestijs.*

23 *Quid reficiendum in promissione indemnitatis remissiuè.*

24 *Stipulatio in promissione indemnitatis committitur post sequutam euictionem, in promissione verò indemnitatis statim ac molestia infertur.*

25 *Promissio euictionis per prius importat promissionem refectionis damnorum.*

PLACITVM. XXXXVII.

MOto iudicio in hac Episcopali Curia Neritonen. vtilis Saluiani interdicti ad instanriam R. Capituli huius Cathedralis Ecclesiæ coutra Cler. Vitũ de Castello, hæredem & possessorem bonorum q. Abb. Ioannis Bernardini del Castello pro summa, ibi expressa, ex causa solutionis Census redimibilis annuorum decem, & octo pro capitali pretio ducatorum ducentorum per q. Abb. D. Thomam Bone, & d.q. Abb. Ioannem Bernardinum ad fauorem d.R. Capituli venditi per actum, rogatuni per Notarium Sanctorum Tollemeto die 21. mẽsis Martij 1618. idem Cler. Vitus denuntiari curauit iudicium motum Petro de Pantaleonibus, hæredi d.q. Abb. Ioannis Thomæ, ad assumendum onus Iudicij, contra ipsum moti, & ad defendendum ipsum à molestia imposita, atque ad seruandum ipsum indemnem, seruata forma contractus, rogati per d. Notariũ Sanctorum Tollemero die Secũdo Aprilis 1624, in quo d. Abb. Io: Thomas declarauit, pretium prædictum ducatorũ ducentorum integrè peruenisse ad suimet commodum, d. verò Abb Io: Bernardinum nomine tenus obligatum extitisse; & renuente Petro comparere, tanquam Laico declinando forum, dubitabatur, an teneretur assumere defensionem, & coram quo Iudice. Et fuit resolutum teneri assumere onus defensionis, & in hac Episcopali Curia, in qua iudicium molestiæ reperiebatur inductum.

Nam cum d Abb. Io: Thomas promisisset seruare indemnem ab omni molestia, etiam ante damnum passum d. q. Abb. Io: Bernardinum, eiusque hæredes, & successores, ac bona omnia, hoc im-
1 portat promissio indemnitatis, vt promittens teneatur *textus* est clarus, & apertus *in l.pater dotem* 8, *ff. de dote præleg.* ibi: *quam causam ei fuerit de indemnitate soluto matrimonio*, & paulo inferius ibi: *quod si ratum non habeat defendi quidem debebit heres à viro, qui se difensurum promisit*, ità sentit *Marianus Soccin.cons.94.n.* 17. per illum textum *l.pater dotem*, quem sic declarare testatur Bartolum & alios, & teneri defensionem suscipere cum primum molestatur, eumque defendere, & iudicium pro eo assumere inquit ibi *Soccinus* sequitur *Bertazol,*

zol. claus. 21. glos. 29. per totam.
Hæc autem defensio coram Iudice,
qui insert molestiam hæredi promissa-
rij,& suceessiuè in hac Episcopali Curia
facienda est,vbi molestia paratur Cler.
Vito,uon obstante opposita declinato-
ria fori, non enim dieeretur defensio,sed
damnorum reparatio.
3 Probat etiam expresſè textus in *l.
venditor 49. ff. de Iudic.* his verbis *Ven-
ditor ab emptore enunciatus, vt eum eui-
ctionis nomine defenderet, dicit se priuile-
gium habere sui Iudicis, quæritur, an possit
litem ab eo Iudice, apud quem res inter
petitorem, & emptorem cæpta est, ad suum
Iudicem reuocare. Paulus respondit, ven-
ditorem emptoris Iudicem sequi solere,*
quamuis alioquin alia sit dispositio *d. l.
pater dotem ff. de dote praleg.* à disposi-
tione *d. l. venditor ff. de Iudic. vt mox di-
cetur.*
Nec obstat, Petrum vocatum non
teneri comparere in hac Episcopali Cu-
ria Iudice Ecclesiastico incompetente,
negando se esse d.q.Abb.Io: Thomæ hæ-
redem, siuè possidere illius bona, atque
adeo non teneri ad assumendum defen-
sionis onus, sed conueniendum esse co-
4 ram suo Iudice laico competente ex do-
ctrina *Antonij Fabri de errorib. prag. de-
cad. 6. error.* 10. existimantis cōtra prag-
maticos omnes authorem laudatum,
negantem se teneri ad litem pro alio
suscipiendam, non teneri comparere co-
ram alio à suo Iudice competente: Nam
vt dicetur alia est dispositio *l. pater do-
tem* à dispositione *l. venditor cit.* & illa
fortius ligat ad comparendum coram
Iudice Ecclesiastico, quam *textus in d. l.
venditor*. Attamen si doctrina Antonij
(viri aliàs doctrina, & pietate apprimè
ornati) procederet, & vera esset, elude-
retur *d. l. venditor* dispositio facillimè,
adeo vt in ipsiusmet vocati in iudicio
stet potestate. Præterea validius esset pri-
uilegium, negatio cuiuscunque non pri-
uilegiati, quàm quodcunque aliud pri-
uilegiatum; quòd euidenter sequitur, &
manifestè falsum est ex terminis; at tex-
tus decidit teneri venditorem laudatum
coram Iudice laudantis comparere, &
defensionem assumere, quocunque sui
Iudicis non obstante ibi: *se priuilegium
habere sui Iudicis*, consequenter sola
negatio non suffragatur ad exemptio-
nem à iurisdictione.
5 Insuper *textus in d. l. venditor* loqui-
tur, & disponit de defensione ibi: *defen-
deret*, quæ in loco iudicij, & tempore,
quo reus pulsatur, adhibenda est; alio-
quin si in alio foro, & coram alio Iudi-
ce, se vocari prætenderet, iam non defen-
deret pulsatum, sed se pulsandum præ-
staret. Demum ipse Faber in principio
erroris fatetur pragmaticos omnes idem
sentire, & in fine erroris idem receptum
esse in supremis Tribunalibus ibi: *à
pragmaticis omnibus receptum, &* ibi: *vt in
supremis quoque Tribunalibus inualuerit*,
vnde videtur sapere, & ni fallor solus
6 errare. Denique casus propositus, & per-
pensus per Fabrum loco citato est diuer-
sus ab eo, de quo agitur; loquitur enim
iu sensu diuiso, vt ità terminis scholarū
loquar, nimirum cum reus possessor, siuè
7 quiuis alius euictionem passus, est in vno
iudicio, in quo rei vicèm sustinuit, vo-
luerit impetere debitorem laudatum ad
effectum, vt euictionis stipulario com-
mittatur, & damnum omne, ac interesse
cum expensis reficeret proculdubio co-
ram Iudice competente rei, coram quo
iudicium instituere intendit, comparere
8 tenetur, nos verò loquimur in sensu cō-
posito, cum ad idem iudicium numero
cum reo assumendum vocatur, vt aduer-
tir *Thom. Carleual. de iudic. disp. 2. q. 6.
sect. 7. n. 668.*
9 Minus obstat doctrina *Carleual. de
iudicijs d. disp. 2. q. 6. sect. 7. n. 666.* putan-
tis in citata *l.* venditor duplicem litem,
& iudicium contineri, quia intelligenda
est secundum superiorem doctrinam, sci-
licet, vt inuoluatur simplex iudicium in
sensu diuiso, vnum verò in sensu com-
posito, & apertè statuitur in eadem lege
ibi: *Venditorem emptoris Iudicem sequi
solere*: Vnde frustra laboramus, & fatiga-
mus, & ipsemet *Carleual. ibid. num. 669.*
10 apertis verbis asserit posse vnummet
iudicium simul, & semel exerceri inter
euictorem, possessorem, & authorem lau-
datum; ac in vno, & eodem processu
examinatur actio inter emptorem, &
euictorem, atque inter possessorem, &
authorem laudatum, modo hic non sit
priuilegiatus; & compilato processu
posse contra vtrumque simul, & semel
ferri sententiam, videlicet pro euictore
contra possessorem, & pro possessore
contra authorem laudatum ad redden-
dum pretium cum interesse, & hoc dicit
*sancitum in pragmat. dubitationem 2. de
11 dilationib. subdēdo. Imò vt etiam sententia*

contra reũ lata exequutioni mandetur contra authorem laudatum liti assistentem sine nouo processu. At Petrus nullum vsq;modo allegauit priuilegium, nisi se esse laicum, at laici hoc vnum habent priuilegium, nullum habere priuilegium.

Insuper doctrina suprapolita *Carleualij de duplici iudicio inuoluto in cit. l. venditor*, & vt pressius loquamur de duplici actione, nam vnicitas iudicij patentissima est in textu intellecta de duplici actione, non est vniuersaliter admittenda, nam esse potest, vt vna eademque sit actio, qua feritur possessor, & author laudatur, vt euenit in eo, qui emit censum, & persequitur rem censitam, à venditore census alienatam in possessorem consuetum conuentum, vt in casu de quo agitur, vbi liquet emptorem census actorem persequi rem censitam, & experiri contra possessorem actionem ortam ex contractu venditionis census, & successiuè ipse venditor est reus principalis, cui seruatum est proponere exceptiones aduersus actorem contra contractum, nullis competentibus possessori præter personalem, exceptionibus, vnde elucet vnum esse iudicium, vnamque actionem, qua possessor, & author laudatus impetuntur.

12 Eadem distinctione satisfit doctrinæ *Horatij Montani contr. for. contr. vltim. n. 5.* ex aduerso allegati, iudicantis indistinctè, authorem laudatum ad defensionem vocatum teneri comparere coram Iudice & iudicio eodem emptoris conuenti, & possessoris, quòd quidem iudicium vocat indiuiduum; siue author sit priuilegiatus, & alterius fori, siuè non, vocatum verò ad reficiendum interesse euictionis, quòd vocat diuiduum, non teneri coram Iudice vocantis comparere, sed coram proprio Iudice competente sistendum, vt sensus sit, & procedat doctrina in prima sui parte in sensu cõposito iuxta positam doctrinam, non enim aliàs saluari posset defensio, nisi præcaueat vulnera infligenda; in secunda verò parte intelligitur in sensu diuiso, cum videlicet post latam euictionem intendit agere ad damna, & interesse reficienda.

Et apertissimè ipsemet in eodem numero fatetur ex *Paulo Castren. in d. l. venditor sub n. 4.* referens eius verba: *Et adde hic si res euincatur ille idem iudex euictionis, coram quo venditor defendit causam, poterit cognoscere inter emptorem, & venditorem in causa euictionis interesse, & de hoc videtur casus in l. minor §. 1.*
13 *vers. nam si ff. de euict.* Vbi aduertendũ, posse ab eodem Iudice condemnari authorem laudatum ad fauorem laudantis ad defensionem vocatum, quòd est, quòd supradictum est de sensu composito secundum dictam *l. venditor*, quæ disponit authorem laudatum ad defensionem laudantis teneri coram laudantis Iudice defendere, atque adeo condemnari, vt inquit *Castrensis*.

14 Neque multum releuat subtilis consideratio *Montani* in forma dicendi *Castrensis* ibi: *Et adde hic*, quasi quòd eius dictum sit contra dispositionem *d. l. venditor*, quia licet forma dicendi posset subtilizari, dictum tamen eius est secundum formam textus, & litteram *l. venditor*, vt patet.

Præterea hic non est controuersia, an *textus* in sæpè citata *l. venditor* disponat, vt author laudatus teneatur cõparere coram eodem Iudice laudantis, & ab eo iudicari, & condemnari, sed quæritur an teneatur comparere, & vterque laudans scilicet, & laudatus eadem sententia condemnari ex quocunque textu, & lege descendat facultas, & dispositio; quòd satis esse debebat Montano.

15 Pari etiam modo diluitur alia eiusdem Montani animaduersio ad *text. in d. l. minor §. minor vers. nam si* ibi: *æquum erit per eundem Prætorem, & euictionem restitui. Æquum erit*, inquit ipse, ergo de rigore Iuris non est idem iudicium indiuiduum, dum id fundat in æquitate, non aduertens æquitatem deseruisse pro motiuo dispositionis, & legis, non
16 autem mitigare legem vnde nunc lex est rigorosè seruanda, quæ lata fuit ex æquitate & eo fortius seruanda est, quia
17 fauet æquitas, & licet rigor videatur opponi æquitati *l. hæc conditio la prima ff. de condit. & demonstr. cum concordantibus*; hoc est verum, quando æquitas non est in legem deducta, & sancita; & æqui-
18 tas præsertim scripta semper præfertur rigori, ac propterea seruanda, & secundum eam iudicandum *Rota decis. 243. n. 22. par. 5. recent. Doctores in l. prospexit ff. qui, & à quibus. Franch. decis. 219. n. 6. Gratian. discept. for. cap. 254. n. 9. Ro-*

Rota decis. 172. num. 59. par. 6. recent.
19 Et ad tollendam omnem amaritudi-
nem, quis vnquam dixit eandem esse
dispositionem *l. venditor ff. de Iudic. &*
textus in l. pater dotem ff. de dote praleg.
siuè clarius eandem esse promissionem
euictionis, ac promissionem indemnita-
tis; habent re vera symbolum, & in quã
plurimis exequantur, *Paris. Ruin. Ca-*
pell. Tolos. & Canalc. apud *Mangil. de*
euict. q. 2. n. 13. non tamen dicuntur ha-
20 bere identitatem. Nam promissio in-
demnitatis per prius, & principalius in-
portat defensionem, & præcautionem à
quacunque molestia, etiam antè sequu-
tum dammum, & in consequentiam re-
leuationem, & refectionem damnorum
21 omnium, & interesse, vnde statim tene-
tur suscipere iudicium motum, cum idẽ
sit promittere indemnitatem, ac defen-
sionem *Mangil. de euict. q. 10. n. 17. ex do-*
ctrina Bart. in d. l. pater dotem n. 1. ff. de do-
22 *te praleg.* & promissio indemnitatis
importat promissionem de defendendo,
etiam in iudicio suscipiendo litem, & li-
berando à molestijs *Cenc. de cẽsib. par. 2.*
23 *cap. 2. q. 3. art. 3. n. 5.* vbi *n. 6.* enumerat
quid tribuendum sit, & reficiendum in
promissione indemnitatis *Pyrrh. Maur.*
Aretin. de fide iuss. cap. 17. aliàs 26. nu. 15.
24 at de euictione agi non potest, nisi se-
quutá euictione per sententiam, & con-
currentibus conditionibus, de quibus
idẽ *Mangil. d. tract. de euict. à q. 3. & de-*
inceps, tenetur nihilominus author lau-
datus defendere laudantem, stipulatio
verò non committitur, nisi sequuta
euictione modo dicto; at in promissione
indemnitatis statim committitur stipu-
25 latio, atque molestia infertur; vnde ap-
paret in promissione euictionis non ve-
nire per prius defensionem, sed releua-
tionem, siuè refectionem damnorum, &
interesse.

Et ità fuit iudicatum vtraq; parte in-
formante, &c.

SVMMARIVM.

pro argumento.

1 *Manutentio in exactione Census retardatur ex nullitate Census principaliter deducta.*

PLACITVM. XXXXVIII.

INstabat R. Abbas D. Io: Felix Zaminga V. I. D. Archipresbyter huius Cathedralis Ecclesiæ Neritonen. declarari nullum annuum censum ducatorum nouem pro sorte ducatorum centum, ab ipso vna cum q Abb. Io: Donato Zaminga eius patre ad fauorem q. Abb. Io: Laurentij della Ratta nomine. & pro parte simplicis beneficij Ecclesiastici, per eum possessi, Natiuitatis Domini Nostri nuncupati, venditum, ex defectu numerationis pecuniæ tempore instrumenti coram Notario, & testibus secundum formam Constit. S. M. Beati Pij V. de Censibus alijsque defectibus, & nullitatibus; & pendente Iudicio super nullitate petijt R. D. Io: Iacobus della Ratta modernus Beneficiatus eiusdem beneficij manuteneri in quasi possessione exigendi, & obtinuit mandatum de manutenendo, & successiuè de exequendo, cuius virtute processum est ad exequutionem, interim patefactis Iuribus, & publicato processu in causa nullitatis, dubitabatur an esset supersedendum in exequutione? & fuit resolutum supersedendum esse in procedendo ad vlteriorem exequutionem.

Nullitas namque contractus censualis erat deducta principaliter, & per modum actionis, quapropter supersedendum est in exequutione, & retardanda solutio census *Innocent. in cap. cum in iure n. 2. de offic. deleg. Doctores in l. 4. §. condemnatum ff. de re iudic. Paulus de Castro in auth. qua supplicatio n. 3. vers. sed quaritur, quid in casu nullitatis C. de precib. Imp. offer. Decius cons. 103. in principio. &* alij relati per *Ludouicũ Cenc. de Censib. par. 2. cap. 2. q. 4. art. 1. n. 6. vers. vt in primo casu.*

Et ità vtraque parte informante fuit iudicatum, &c.

ARGVMENTVM.

Requisita ad obtinendam institutionem in beneficio iurispatronatus. Hoc transit ad fideicommissarium vniuersalem cum vniuersitate bonorum.

SUMMARIUM.

1 *Requisita ad obtinendam institutionem quæ sint?*

2 *Existentia iurispatronatus probatur ex instrumento erectionis cum reseruatione iurispatronatus.*

3 *Probatur iuspatronatus sufficienter ad obtinendam institutionem, si vterque collitigans veniat ex eodem titulo.*

4 *Pertinentia iurispatronatus probatur probata descendentia à patronis.*

5 *Quasi possessio præsentandi probat pertinentiam iurispatronatus absque alia probatione descendentiæ.*

6 *Vacatio remanet iustificata, quãdo vtraq; pars venit ex eadem vacatione.*

7 *Patroni laici habent de iure quadrimestre ad præsentandum.*

8 *Sacerdos censetur idoneus ad simplex beneficium.*

9 *Vltimus status attendendus est ad fundandam pertinentiam, ad effectum iustificandi litteras Apostolicas super derogatione iurispatronatus.*

10 *Præsertim quando lis est inter præsentatos, ad obtinendam institutionem.*

11 *Quasi possessio præsentandi non impeditur ex contraria probatione pertinentiæ in petitorio.*

12 *Nisi de ea clarè constet per rem Iudicatam vel confessionem partis, per clarum, & publicum instrumentum.*

13 *Electio, & præsentatio vti fructus patronatus pertinent ad bonæ fidei possessorẽ*

14 *Non ad Dominum.*

15 *Iuspatronatus tanquam ius directum, & honorificum non transit in fideicommissarium.*

Contrarium est verius nu. 17.

16 *Nepotes filij Sororis prædefunctæ etiam dotatæ succedunt auunculo cum alijs auunculis.*

17 *Iuspatronatus Ecclesiasticum indistinctè transit in quemlibet cum vniuersitate bonorum.*

18 *Iuspatronatus transit ad quoscunque hæredes.*

19 *Etiam extraneos.*

20 *Argumentum desumptum ab operis libertorum, & iure sepulcri ad iuspatronatus, quomodo non procedat.*

21 *Omnes operæ libertorũ sunt ad hæredes extraneos trãsmissibiles præter officiales*

22 *Actio operarum præteritarum datur hæredi extraneo.*

23 *Operæ quandoque non debẽtur patrono.*

PLACITUM. XXXXIX.

Ad simplex beneficium, Ecclesiæ seù Capellæ S. MARIÆ della Candilora nuncupatũ sisten.extra, & propè muros Terræ Parabitæ, vacans per obitum D. Francisci Mariæ Sambiari, vltimi beneficiati, fuit D. Thomas Vinci de eadem Terra præsentatus per Cler.Coniug.Mariottum Bozzi filium, & hæredem Maximillæ de Arditis; & per Franciscum Antonium Carignano de Ciuitate Neriti fuit præsentatus Subdiaconus Octauius Pisanello de eadem Terra Parabitæ, & contendentibus ipsis præsentatis, quis eorum esset instituendus, fuit ad fauorem D. Thomæ tanquam suffulti maiori vocum suffragio.

1 Docuit enim de existentia, & pertinentia iurispattronatus, vacatione, præsentatione, & idoneitate, quibus concurrentibus, institutio denegari non potest *Rota decis.* 232.*n.*1.*par.*5.*recent.* & in alijs decisionibus allegatis *in decis.*153.*n.*1.*par.*14.*& decis.*144.*n.*1.*ead. par.* 14. *recent.*

2 Existentia namque iurispattronatus probatur concludentissimè ex instrumento publico erectionis cum reseruatione iurispatronatus per Natalem de Notaro Antonio, ad fauorem suorum hæredum fundati, quòd patet ex bulla erectionis huius beneficij, & assensus per

3 Ordinarium interpositi, quamuis ad effectum obtinendi institutionem satis esset vtramque parteni venire ex eadem vacatione, & titulo *Rota decis.* 431.*n.*1.*par.*14. *recent.* & penès *Crescent. decis.*5. *de iurepatronat.*

4 Pertinentia verò iurispatronatus respectu Cler. Mariotti pro duabus vocibus ex tribus controuerti non potest, dum ipse originem, & descendentiam trahit à Maximilla de Arditis eius matre filia, & hærede Angeli de Arditis hæredis instituti pro tertia parte à dicto Natali de Notaro Antonio testatore, qui beneficium huiusmodi fundauit cũ reseruatione iurispatronatus pro se suisque hæredibus, & successoribus; & aliam secundam vocem habet, vti filius, & hæres dictæ Maximillæ hæredis substitutæ alteri hæredi, per testatorem institutor; Et pro reliqua tertia parte, & voce pertinet iuspatronatus huiusmodi ad dictum Baronem Franciscum Antoniũ Carignano filium, & hæredem Dianoræ

de

de Arditis, pariter hæredis institutæ per
dictum Natalem vna cum duabus alijs
sororibus pro tertia parte *Rota decis.*
153.n.1.vers.pertinentia namque par. 14.
recent. & descendentiam ex Maximilla
probant testes vniformiter, quæ quidem
Maximilla per præsentationem effectum
sortitam de anno 16. constituta fuit in
5 quasi possessione præsentandi, quòd suf-
ficit absque alia probatione descenden-
tiæ à fundatore *glos.in cap. licèt 47.vers.*
generis de testib. Lotter. de re benefic.lib.2.
q.11.n.118. Add. ad San.mem. Greg. XV.
decis.156.n.6. Rota decis. 126.n.6.par.14.
recent. vbi aliæ Rotæ decisiones allegã-
tur; quinimmò, & ipse Mariottus præsen-
tans reperitur in quasi possessione præ-
sentandi pro duabus vicibus, institutio-
ne sequuta ad eius præsentationem in
personam d.D. Frãcisci Mariæ, ob cuius
obitum vacat beneficium.

6 De vacatione huius beneficij per
obitum D. Francisci Mariæ Sambiasi,
non dubitatur, quia vtraque pars venit
ex eadem vacatione vndè sufficienter
remanet iustificata *Rota* coràm *Em.*
Card.Octhob.decis.135.n. 1. & decis.140.
n.12.& decis.240.n.5. & 6. inter eius im-
pressas, & vlterius probatur per deposi-
tionem testium ritè examinatorum
Card. Octhob.decis.240.citata n.4.& decis.
172. nu. 2. vbi aliç Rotæ decisiones al-
legantur.

7 Et hinc etiam liquet, præsentationem
ad fauorem D. Thomæ legitimam esse,
vti factam intra quadrimestre, datum
per Sacros Canones patronis laicis ad
præsentandum *cap.vnico §. verum de in-*
repatr. in 6. Io: Carolus Antonell. de re-
gim.Eccles.Epis.lib.2.cap.6.§.7.n.53.

8 Quò verò ad idoneitatem D. Thomæ
pars ipsa ex aduerso fatetur, ipsum esse
Sacerdotem, quòd sufficere ad iustificã-
dam habilitatem præsentati, cẽsuit *Rota*
decis.431.n.1.par.14.recent.

9 Concurrit etiam vltimus status, qui
ad iustificandam pertinentiam patro-
natus attendendus est, & immediata
possessio vltima etiam ad effectum iusti-
ficandi litteras Apostolicas super dero-
gatione medietatis patronatus *cap. con-*
sultationibus de iurepatr. Rota decis.73.n.
10 *12.par.11. recent.* & cum lis non sit in-
ter patronos contendentes de perpetua
pertinentia patronali pro futuris vaca-
tionibus, sed inter præsentatos de susti-
nenda prouisione sequuta ex vltima va-
catione, pro illius validitate, & sustinen-
tia, sufficit allegare vltimam præsen-
tantis possessionem præsentandi *d. cap.*
consultationibus de iurepatr. Rota d. decis.
11 *73.n.17.par.11.recent.* adeo vt effectus
dictç possessionis impediri nequeat ex
contraria probatione pertinentiæ in pe-
12 titorio, nisi quatenus de illa plenè, &
concludenter doceatur per rem iudica-
tam, confessionem partis, vel instrumen-
tum publicum fundationis clarum, &
indubitatum, cui nihil opponi possit
Rota decis.362.n.1.& decis 548.n. 12. &
13.par.5.recent.Add.ad S.mem.Greg.XV.
decis.77.Rota decis.73.n.19.par.11. recẽt.
13 ijsdem ferè verbis ea ratione, quia ele-
ctio, & præsentatio sunt fructus patro-
natus, qui proindè spectant ad bonæ fi-
dei possessorem *l. bona fidei emptor ff. de*
14 *acqu.rer.domin.* non ad Dominum *Rota*
decis. 73. n. 19. cit. & ibi plures allegati
Prosper Fagnan.in repetit.d.cap. consulta-
tionibus de iurepatr.

Neque obstat hoc ius patronatus quò
ad portionem, & vocem pertinentem ad
Angelum non potuisse transire ad Ma-
ximillam hæredem fideicommissariam,
sed remansisse in hæreditate Angeli hæ-
redis grauati, & successiuè transiuisse in
accurtios illius heredes modernos præ-
15 sentantes Octauium, ius namque pa-
tronatus tanquam ius directum, & merè
honorificum non transit in fideicom-
missarium *Rota decis.73.n.20.& seq.par.*
11.recent. & decis 72.à n. 6. ad 18.par.7.
recent. vbi n. 18. dicitur, Rotam semper
seruasse hanc opinionem in causis deci-
dendis, & plures Rotæ decisiones alle-
gantur.

Quia quid dicendum sit in hoc arti-
culo transmissionis iurispatronatus ad
fideicõmissarium, dicetur infrà; pro nunc
satis est D.Thomæ obtinere per non ius
actoris; quia cum Mariottus sit in quasi
possessione præsentandi pro duabus vo-
cibus ex tribus; Accurtij verò non docẽt
eorum pertinentiam aliquo ex tribus
modis iam dictis, non est, quod impe-
diant D.Thomæ institutionem.

Præterea Accurtij prætendunt habere
ius suum per successionem ab intestato
in hæreditatem Angeli, tanquam nepo-
tes ex Antonio eius sorore, non obstan-
te quòd Antonia fuerit dotata, & ex in-
strumento dotationis renunciauerit ex-
16 pressè hæreditati Angeli, quia ad hunc
effectum, vt ipsi Nepotes ad successio-
nem

cum auunculi cum alio auunculo Carolo patre Maximillæ admitterentur, necessarius erat prædecessus Antoniæ matris, vt possint admitti ad successionem Angeli auunculi, matris renunciatione non obstante, etiam si fuissent hæredes matris, quia eo casu solum succederent *Cancer. var. resol. par. 2. cap. 15. n. 59. &*
62 apud quem alij; at nihilominus constat liquidò, Antoniam superuixisse vltra triginta annos Angelo, vt ex fide Parochi, & testium depositionibus apparet, vndè ad Angeli hæreditatem non poterant venire Accurtij nepotes, existente in medio Antonia eorum matre per renunciationem exclusa, sed admittendus erat Carolus eius frater, ad cuius fauorem Carolus Antonio renunciauerat; & per Carolum deinde transmissa est hæreditas, & successiuè hoc iuspatronatus ad Maximillam, & per eam ad Mariottum eius filium, & hæredem.

At verò qua ratione, quouè iure iuspatronatus non sit ad fideicommissariũ vniuersalem transmisibile, quicquid sit de patronatu personali, & fideicommissario particulari, nullum ius hoc decidit, solum hoc dixit originaliter *Bart. in l. quia proindè 43 ff. ad Sen. Cons. Trebell.* & ex eo notat *glos. marginalis in eadem l. quia proindè*; nec adducit pro suo dicto ius aliquod, sed tantum vtitur argumento à simili ducto à iure sepulcri *ex tex. in l. si patroni ff. ad Sen. Cons. Trebell.* & de operis libertorum ex *text. in d. l. quia proinde ff. eod.* Sed quid ius sepulcri, siuè operarum cum iurepatronatus benefi-
17 ciorum. De quo iure patronatus inquit *glos. in l. si operarum ff. de oper. libert. verb. dandam* indistinctè transire in quẽlibet cum vniuersitate bonorum ibi: *Sed patronatus Ecclesiæ cum vniuersitate transit in quemlibet*, argumento *legis quadam ff. de acqu. rer. domin.*

Prætereà argumentum desumptum à simili ab operis libertorum plurimum dissimilatur; nam *textus in l. si operarum ff. de oper. libert. & in l. si patroni ff. ad Sen. Cons. Trebel.* prohibet translationem operarum libertorum in hæredem extraneum, ibi: *translationem in hæredem extraneum non esse dandam*, ex hoc autem textu non benè infertur, operæ libertorum non transeunt in hæredem extraneum, igitur iuspatronatus Ecclesiæ non transit in fideicommissarium vniuersalem; melior esset illatio in modo arguendi, ergo iuspatronatus Ecclesiasticum non transit in hæredem extraneum; esset autem falsa consequentia in substantia, licèt non in modo inferendi;
18 quandoquidem iuspatronatus Ecclesiasticum de sui natura est transitorium ad quoscunque hæredes *Clem. plures de*
19 *iurepatr.* quantumcunque extraneos *Lotter. de re beneficiar. lib. 2. q. 11. n. 12. & sequent.*
20 Denique *textus in d. l. si operarum* eatenus prohibet translationem operarum ad hæredem extraneum, quatenus lis contestata non sit; quid erit dicendũ si patronus decesserit lite iam contestata cum liberto in iudicio operarum? textus non resoluit, & videtur voluisse disponere à contrario sensu, litè contestata fieri ad hæredem extraneum operarum transmissionem, vnde euincitur, hæredẽ extraneum non esse incapacem huiusmodi transmissionis.
21 Demum non omnes operę libertorũ sunt ad hæredes extraneos intransmissibiles, sed imò omnes transeunt, præter solas operas officiales, quæ consistunt in assurgendo, & in officijs reuerentiæ exhibendis *l. Fabriles operæ ff. de oper. libert.*
22 & operarum præteritarum actionem dari hæredi extraneo, decidit *textus in*
23 *l. si duobus 4. ff. de oper. libert.* Et quandoq; operæ huiusmodi separantur à patronatu, vt scilicet sit quis patronus, careat autem commodo patronatus *l. si quis tutor 3.* ibi: *hunc esse quidem patronum, sed omni commodo patronatus carere ff. de iurepatron.*

Et ità fuit decisum, & iudicatum vtraque parte informante, pars autem victa appellauit à sententia ad S. Sedem Apostolicam; appellationem verò non prosequuta, appellationi renunciauit die 17. Nouembris 1676. petendo expresse expediri ad fauorem D. Thomæ Vinci Victoris.

ARGVMENTVM

desumitur ex

SVMMARIO.

1 *MVlier, hæres instituta sub conditione, nisi nubat, potest hæreditatem adire nubendo.*
2 *Conditio non nubendi reÿcenda est, siuè nubat, siuè si nubere non declarauerit, & pro*

pro non scripta habetur.

3 *Mulier, ea conditione non nubendi spreta, potest nedum ad primas, sed ad ulteriores nuptias transire.*

PLACITVM L.

DEcessit Cler. Dominicus Antonius Falconieri de Terra Galatonę, instituta sibi in suo vltimo Testamento hærede vniuersali Iulia Falconieri sua sorore, ea lege adiecta, ne nubat, quòd si fortè, spreta conditione, nupserit, hæreditas integrè transiret ad Ecclesiã Domini Nostri Crucifixi Pietatis eiusdem Terræ, & volente Iulia post aditam hæreditatem nuptias contrahere, dubitabatur, an posset de huiusmodi hæreditate disponere ad effectum nubendi, non refragante conditione prædicta non nubendi, & à nuptijs abstinendi? Et fuit decisum affirmatiuè, licere scilicet Iuliæ de hære-
1 ditate prædicta disponere, & nubere si velit, spreta lege, & conditione non nubendi, per suum fratrem testatorẽ adiecta institutioni; textus est *in l. quoties 22. ff. de conditionib. & demonstr.* ibi: *commodè statuitur, & si nupserit legatum eam petere posse, & non esse cogendam fideicommissum præstare; & in l. cum tale 71. §. Mæuia ff. eod.* ibi: *Mæuiæ, si non nupserit, fundum cum morietur, lego. Potest dici, & si nupserit eam confestim ad legatum admitti, & in l. Titiæ si non nupserit 99 ff. eod.* ibi: *Titiæ, si non nupserit, ducenta, si nupserit centum legauit, nupsit mulier, ducenta non, etiam centum residua petet: & in l. prim. C. de indict. Vid. tollend. Sanch. de matrim. lib. 1. tit. de sponsalib. disput. 34. n. 3.*

2 Quòd adeo verum est, vt huiusmodi conditio prorsus ab hæreditate reijcienda sit, nedum nunc cum Iulia nubere intendit, sed etiam si nubere non declarauerit, quia leges non irritant hanc conditionem non nubendi, sub alia tacita, & implicita conditione, si mulier nubat; sed prorsus abolet, reijcit, & pro non scripta habet *glos. in d. l. Titiæ si non nupserit in fine Mantic. de coniect. lib. 11. tit. 19. n. 1. Sanch. ibid. n. 4.*

Et cum prorsus deleta sit conditio, & pro non apposita habeatur, remanet institutio pura, & non conditionalis, vnde
3 posset Iulia nedum ad primas, sed etiam ad vlteriores nuptias transire *Sanch. loc. cit. n. 5. vers. sed dicendum.*

Et ità, &c.

ARGVMENTVM.

Quando author laudatus simultaneè processu, & sententia procedat? Correus debendi, nec si suis expensis excuti alterum correum, auditur.

SVMMARIVM.

1 *LAudatorialis citatio in authorem, vt operari possit simultaneum processum, facienda est ante, vel propè litem contestatam.*

2 *Alter correus debendi non potest apponere exceptionem excussionis alterius correi principalis.*

3 Textus in auth. hoc ità C. de duob. reis quomodo loquatur.

4 Textus in l. vnde quæritur 7. ff. commod. intellectus.

5 Intellectus textus in l. cum in plures §. vestimenta ff. locati, & conduct.

6 *Clausula constituti excludit beneficium excussionis bonorum debitoris.*

PLACITVM LI.

IN causa, in hac Episcopali Curia Neritonen. mota ad instantiam R. Capituli huius Cathedralis Ecclesiæ contra Venerabilem Conuentum S. MARIÆ de Raccomãdatis, Ordinis Prædicatorum, reum conuentum, & contra Cler. Vitum del Castello authorem laudatum à fratribus Prædicatoribus in iudicio vtilis Saluiani interdicti, post publicationem attestationum, & conclusionem in causa petijt Vitus procedi in causa simultaneo processu & pari gressu, & proposuit exceptionem excussionis Io: Bernardini del Castello (cuius tanquam hæres, & bonorum possessor conuenitur) intercessisse in obligatione ad fauorem q. Io: Thomæ Boue principalis, & solum nomen nudum habuisse, ac discusso articulo, fuit resolutum, quòad primum quemlibet suis gressibus incessurum, in terminis, in quibus reperitur causa, & quòad exceptionem excussionis illam non obstare.

Et quidem cum laudasset in authorẽ post publicationem in causa, & propè ante conclusionem, & sic longè post litem con-

contestatam, laudatio authoris, licèt operaretur prorogationem iurisdictionis, non poterat operari simultaneum processum, & quòd procedatur pari passu, & vnica sententia vtrumque nego-
1 tium terminaretur; vt enim vtrumque effectum operaretur necesse est, vt fiat ante vel propè litem contestatam *Muscatell. in prax. Ciuil. lib. 1. par. 3. glos. nomines, & ibi Addent. lib. 6.*

2 Quo verò ad propositam exceptionem excussionis, eam non competere excipienti, satis compertum est in iure, quia cum vterq; videlicet Abb: Io: Bernardinus del Castello, & Abb. Io: Thomas Boue fuerit in instrumento obligatus in solidum, non potest creditor prohiberi, quin exigat debitum solidum à quolibet ex correis textus est *l. creditor 2. C. de duob. reis*, ibi; *Creditor prohiberi non potest exigere debitum, cum sint duo rei promittendi eiusdem pecunia à quo velit.*

3 Nec obstat *textus in auth.* hoc ità *C. eod.* quia textus in authentica non procedit, quando ità specialiter, & expresse conuentum non est, vt in solidum teneatur, ibi; *hoc ità si pactum fuerit speciale, vnumquenque teneri in solidum*: & in casu ità expresse cautum est, vt ex instrumento, quod datur.

Minus obstat textus *in l. vnde quaritur 7. ff. commod.* quem allegat *Antonius Gomes. tom. 2. vers. quaro tamen si vnus ex reis debendi totam vtilitatem sentiat*; quia
4 textus procedit, quando patet euidenter ad vnum ex correis non conuentum peruenisse totum lucrum, & vtilitatem, nihil autem ad correum in ius vocatum; vndè benè decidit textus, correum, in quem nihil peruenit, audiendum esse, si alterum correum suis expensis excutere velit, cum patenter liqueat, se habuisse tanquam fideiussorem *l. si dubitatur ff. de fideiuss. glos. in d. l. vnde quaritur verb. conueniri in fine* aperta enim sunt verba *textus d. l. vnde quaritur* ibi; *si alter conueniatur, qui furti non egit, & paratus sit periculo suo conuenire alterum qui furti agendo lucrum sensit ex re commodata, debere eum audiri, & absolui*, vbi notanda sunt verba illa *furti agendo lucrũ sensit*; supponitur enim illi furtum sequutum in re commodata, & iudicium contra furem intentatum, & finitum, sequuta condemnatione cum lucro agentis; non sic est in casu de quo agitur, vbi vterque est ex contractu obligatus, nec apparet in quem vtilitas peruenerit.

5 Nec demum obstat *textus in l. cum plures §. vestimenta ff locati. & cond.* allegatus etiam ab eodem *Gomes. loc. cit.* nam textus non adigit Dominum vestimentorum, ad repetendum ea à fure, sed tantum si vellet contra furem agere, iudicium esset fullonis sumptibus instituendum; sin autem contra fullonem agere institueret, obtinebit; teneretur tamen actiones contra furem fulloni cedere, præter & vltra actionem furti, quæ soli fulloni competit, apertus est textus ibi: *Vestimenta tua si fullo perdidit, & habes vnde petas, nec repetere vis, agis nihilominus ex locato cum fullone.* Et Paulo inferiùs; *tunc fullonem tibi quidem condemnabit; tuas autem actiones te ei præstare compellet*, hæc textus, vnde tantum abest, vt creditor impediri possit ab altero correo conuento exigere solidũ, vt in eius libertate sit, agere contra alterutrum pro solido.

Et quando adhuc Abb. Io: Bernardinus del Castello esset fideiussor expressus, cum in instrumento adsit clausula *constituti*, ex hac clausula cessat beneficium excussionis bonorum debitoris *Io: Bap. ist. Ciarlin. contr. for. cap. 94. n. 30.*

Et ità fuit decisum, &c.

ARGVMENTVM.

Beneficium *auth. si qua mulier C. ad S. Cons. Velleian. quando cessat.* Filius hæres matris potest ex patris hæreditate dotem exigere cõfecto inuentario, quòd non vitiatur de iure Canonico ob defectum solemnitatum de iure Ciuili.

SVMMARIVM.

1 *Vsura debentur ex pecunia dotali, suo tempore non soluta,* & n. 10.

2 *Hæres pulsatur eadem actione, qua suus author.*

3 *Hæres beneficiatus tenetur habere ratum factum defuncti ad mensuram hæreditatis.*

4 *Beneficium* auth. si qua mulier C. ad S. C. Velleian. *cessat si causa obligationis*

nis mulieris est necessaria.

5 *Mater tenetur dotare filias in subsidium patris.*

6 Auth. si qua Mulier C. ad S. C. Vell. *non procedit de iure Canonico, si obligationi adiectum sit iuramentum.*

7 *Haec est communis, & recepta sententia.*

8 *Mulier iurans censetur certiorata de beneficio Velleiani, eique expressè renunciasse, & renunciationem impugnare non posse.*

9 *Mulier Iurans efficaciter obligatur, ac si expressè certiorata Velleiano renunciasset.*

10 *Et censetur certiorata de Velleiano iurans in contrahendo.*

11 *Etiam si de negatiua certiorationis liqueret.*

12 *Iuramentum licèt non operetur veram certiorationem, attamen effectum verae certiorationis importat, vt mulier ob hoc non restituatur ex Velleiano.*

13 *Etiam si enormitèr mulier iurans laedatur.*

14 *Iuramentum de non contraueniendo, in fine contractus appositum, operatur, ac si obligationi, & renunciationi esset adiectum.*

15 Io: Franciscus Merlinus contr. for. cēt. 1. cap. 55. à n. 1. ad 18. declaratur.

16 *Ex diuersis non benè infertur.*

17 *Mulier potest principaliter se obligare.*

18 *Non autem fideiubere.*

19 *Interpellatio extraiudicialis interrumpit praesumptionem satisfactionis.*

21 *Aes alienum minuit haereditatem.*

22 *Filius haeres matris simpliciter, & patris cum beneficio legis, & Inuentarij potest dotem maternam ex haereditate patris exigere absque iurium confusione.*

23 *Actiones pro dote recuperanda censentur confusa, si filius haereditati patris se immisceret absque inuentario.*

24 *Inuentarium censetur solemniter confectum, si habeat requisita.*

25 *Defectus aliquarum solemnitatum iuris Ciuilis non irritat inuentarium praesertim in foro Ecclesiastico.*

26 *Ex clausula cum facultate addendi, & caetera censentur, bona recens reperta, ad haereditatem pertinentia in inuentario descripta.*

27 *Stabilia omissa in inuentario non vitiant, in quibus cessat suspicio dolosae occultationis.*

PLACITVM LII.

De anno 1630. die 28. mensis Decembris V.I.D. Io: Camillus, Cler. Iulius Caesar Cardami fratres, & D. Cassandra ab Alexandro mater de Terra Galatone vendiderunt hęredibus D. Io: Caroli Blanco annuum censum ducatorum trium, & granorum sexaginta pro pretio ducatorũ quadraginta, vigore actus rogati per Notarium Sabatinum de Magistris eiusdem Terrae, ex primis fructibus hortorum duarum terrarum, prout in d. instrumento in actis dato larìus continetur; & cum debitores iam soluerint vni ex tribus haeredibus D. Io: Caroli tertiam partem sortis, nunc duo ex dictis hęredibus instant sibi corresponderi de annuo censu praedicto pro duabus reliquis portionibus, & instructo iudicio contra R. D. Io: Camillum Cardami filium, & haeredem d. V.I.D. Io: Camilli, & nepotem respectiuè dictorũ Iulij Caesaris, & D. Cassandrae matris Excipiebat hic primò, censum huiusmodi esse nullum beneficio *S. Cons. Velleiani* competente D. Cassandrae, vna cum filijs obligatae. Secundò data validitate contractus, censum iam praesumi satisfactũ, & redemptum ex solutione tertiae partis iuncto lapsu triginta annorum. Tertiò ipsum esse haeredem cum beneficio legis, & inuentarij, ac propterea non teneri, nisi quatenus vires haereditariae suppeterent, deducta prius summa ducatorum octingentorum triginta, siuè alia veriori summa pecuniae dotalis, & summa bonorum mobilium valoris ducatorum quingentorum vna cum vsuris huius pecuniae dotalis, non restitutae post

1 annum decessus patris *ad textum in l. vnica §. exactio C. de rei vxor. act.* Dubitabatur, an teneretur D. Ioannes Camillus Cardameus ad solutionem censũs petitam; & fuit affirmatiuè resolutum.

2 Nam cum sit haeres patris, vt ipsemet fatetur, licèt cum beneficio legis, & inuentarii, non potest euitare obligationem, sui authoris, quin teneretur eodē iure, sicut & pater, cuius est haeres, tenebatur, & contra ipsum actor easdem actiones experiatur *l. vnica C. vt ab hared. & contr. hared.*

3 Nec refert ipsum esse haeredem cum beneficio legis, & inuentarij, & non simpliciter; quia non propter hoc desinit esse haeres, & tenetur habere ratum factum

ctum defuncti, quatenus suppetunt vires
hæreditatis; *Rota decis. 82. n. 26. par. 6. re-
cent*

Neque iuuat hæredem obiecta excep-
tio nullitatis contractus huiusmodi, in
quo Vidua D. Cassandra vna cum filijs
censum constituerat ex beneficio *auth. si
qua mulier C. ad S. Cons. Velleian.* quia
beneficium huius anthenticę in multis
4 casibus, & in casu ex multis rationibus
cessar, & quidem censuit Rota non pro-
desse beneficium huius anthēticæ, si mu-
lier pro causa necessaria se obligaret *Ro-
ta decis. 32. post Cenc. de Censib. n. 5.* & for-
tior causa quàm in casu, de quo agitur,
excogitari nequiret, quando pro do-
tanda filia censum vendidit; & licèt pa-
5 ternum onus sit dotandi filias, est etiam
maternum onus in subsidium patris,
textus est in l. 1. C. de dotis promiss. &
quando adhuc paternum esset, cum se
ad subueniendum viro, seù filijs ad do-
tandum sororem obligauerit, dispositio
6 authenticæ non intrat. Item cessat dis-
positio huius auth. quia D. Cassandra
in instrumento constitutionis census
apposuit iuramentum, cuius virtute, sal-
tem de iure Canonico obligatio mulie-
ris sustinetur, non obstante huius textus
dispositione *Seraphin. de iuram. priuil.*
7 118. & hanc esse communem opinio-
nem, & praxi receptam testatur *Affl.*
8 *decis. 311. nu. 4. Rota d. decis. 32. num. 9.* &
propter iuramentum appositum, dicitur
D. Cassandra certiorata de huiusmodi
priuilegio, cui propterea censetur ex-
presè renunciare, & impugnare non
posse renunciationem *Rota ibid. n. 11.* &
9 D. Cassandram efficaciter obligari ac si
certiorata expresè huic beneficio re-
nunciasset *Seraph. d. priuileg. 118. nu. 1.*
10 *Affl. ead. decis.* 311. mulier enim iurans
in contrahendo, pręsumitur certiorata
de *Velleiano Felin. in cap. si diligenti col.
3. vers. in dubio non præsumitur nu. 18. de*
11 *for. comp.* subdens, hoc adeò verum
esse, vt procedat, etiam si de negatiua
certiorationis constaret, & liqueret mu-
lierem non fuisse certioratam; non quòd
12 importet veram certiorationem, sed
operetur effectum veræ certiorationis, vt
scilicet mulier non restituatur ex hoc
beneficio *Seraph. ibid.* Etiam si D. Cas-
13 sandra ex hac obligatione iurata re-
mareret enormiter læsa *Seraphin. ibid.
n. 5. & priuileg. 63.*
14 Nec obstat iuramentum non esse ad-
iectum renunciationi, sed in fine con-
tractus, quia idem operatur iuramentum,
si in fine contractus apponatur, de non
contraueniendo, ac si ipsi obligationi
esset adiectum *Felin. in cap. ex rescripto
n. 1., de iureiur. Seraph. in addit. ad d. pri-
uileg 63. n. 3.*
14 Minus obstat D. Ioannes Franciscus
Merlinus contr. for cent. 1. cap. 55. à n. 1. ad
18. quia ibi nihil dictum fuit de iura-
mento; propter quòd mulier censetur
renunciasse huic beneficio, ac si certio-
rata fuisset, vt iam firmatum est. Præte-
rea videtur author ibi facti speciem, po-
sitam in principio, alterare *nu. 7.* nam
initio loquitur de muliere principaliter
obligata, & *d. nu. 7.* de muliere interce-
dente, & fideiubente, hoc autem benefi-
cium, quo iuuatur mulier fideiubens, an
prosit, si principaliter obligatur? hoc est
quòd quæritur, & se restringit ad præ-
sumptam intercessionem, ex quo non
apparebat, pecuniam versam fuisse in
16 vtilitatem mulieris & cum sint diuersa,
non benè infertur ab vno ad aliud vul-
gata *l. Papinianus ff. de minorib.* & diuer-
17 sitas apparet euidenter; nam potest
mulier principaliter se obligare textus
est in *l. nec interest 5. ff. ad S. C. Velleian.*
18 non autem fideiubere pro alio *l. fide-
iussores 6. & toto tit. ff. & C. ad S. Cons.
Velleian.*

Neque demum obstat pręsumpta sa-
tisfactio inducta ex solutione tertiæ
partis cum lapsu triginta annorum, &
vltra, quia de solutione huius tertiæ par-
tis nihil datum est, neque deductum. Et
19 ex aduerso actores probant, se plurièś
licèt extraiudicialiter interpellasse D.
Cardamium pro solutione huius cen-
sus, & concludenter probata est huius-
modi extraiudicialis interpellatio per
quàm interrumpitur lapsus temporis, ad
præsumendam satisfactionem requisiti
*Rota decis. 94. n. 32. & decis. 191. num. 19.
par. 7. recent.* ibi plures Doctores, & de-
cisiones allegantur.

Est tamen ab hæreditate tàm d. Do-
ctoris Io: Camilli, quàm D. Cassandræ
deducendum creditum dotale D. Anto-
niæ Piccinnæ, matris ipsius D. Io: Ca-
milli Cardamij iunioris ducatorum
octingentorum, & quatuordecim pecu-
niæ dotalis, quòd pars ipsa fatetur, &
aliorum ducatorum quingentorum bo-
norum mobilium, de quibus apparet in-
strumentum dotale, & aliud consigna-

tio-

tionis, multo ante quàm census prædi-
20 ctus conderetur, vna cum vsuris debi-
tis post annum à soluto matrimonio
citra, ab anno scilicet 1637. die 7. Iunij;
cum viri obitus acciderit die septimo
Iunij 1636. *l. vnica §. exactio C. de rei*
21 *vxor. act.* æs enim alienum minuit hæ-
reditatem *Rota decis. 139. n. 2. par. 5. re-
cent. & decis. 2. n. 16. par. 6. recent. ex textu
in l. mitiùs iuncta gloss. ff. pro socio.*

Quòd autem hoc creditum dotale fit
ante constitutionem dicti census, patet
ex inspectione instrumentorum, quæ dã-
tur, ex quibus liquet censum esse poste-
riorem. Et cum dictus D. Ioannes Ca-
millus iunior sit hæres vniuersalis, & sim-
pliciter Antoniæ suæ matris, hęres autẽ
cum beneficio Io: Camilli senioris sui
patris, tanquam hæres suæ matris cre-
ditricis in quantitatibus prædictis dota-
22 libus, est etiam ipse creditor sui patris
debitoris; nec per additionẽ hæreditatis
paternæ censetur confusa iura, & actio-
nes ad dotem prædictam recuperandam,
& exigendam *Rota Roman.* in terminis
dotis, & inuentarij *decis. 192. n. 14. par. 9.*
23 *recent. tom. 1.* quemadmodum censeren-
tur confusæ actiones dotales, & iura pro
dote, si hæreditatem patris adiuisset, siuè
se immiscuisset nullo confecto inuentario
*l. Stichum §. aditio ff. de solut. l. debitore tuo
C. de pact. & l. licèt C. ad l. Falcid. Rot. decis.
373. n. 29. par. 9. tom. 2. recent.*
24 Et nullitas inuentarij obiecta non
refragatur, quia apparet ex lectura, illud
esse solemniter confectum habens omnia
requisita *Ridolphin in prax. par. 1. cap. 9.*
25 Et quando aliquę ex solemnitatibus
iuris Ciuilis deessent, cum sit actus ex-
traiudicialis, earum defectus non irritat
actum, præsertim in foro Ecclesiastico
Ridolph. ibid. n. 127.

Minus refragatur, ad labefactandum
inuentarium replicare, in eo deesse bona
q. Liuiæ Cardami, Amitæ D. Io: Camilli
iunioris, cui per D. Cassandram matrem,
& eius virum fuerant bona in dotem
data cum pacto reuersionis ad dotan-
tes, siuè eorum hæredes in casu decessus
sine liberis, & cum sit defuncta nullis
superstitibus filijs, bona ei in dotem data,
sunt ad ipsum D. Io: Camillum, vti hæ-
redem sui patris deuoluta, atq; adeo
augent hæreditatem. & tamen non sunt
in inuentario descripta; quia tempore
confectionis inuentarij Liuia adhuc vi-
uebat cum suo viro; ac proinde non erat
factus casus reuersionis; & licèt de tem-
pore inuentarij non fuerint descripta, ex
26 clausula tamen, *cum facultate adden-
di, & cæt.* censentur apposita, & descrip-
ta *Petrus Ridolph. ibid. n. 68.*

Et demum cum huiusmodi bona, de-
uoluta ad hæreditatem Io: Camilli se-
nioris ob decessum Liuię, consistant in
solis stabilibus, in eis non requiritur
inuentarium; cum cesset dolosæ omissio-
nis, siuè occultationis suspicio *Petr. Ri-
dolph. ibid. n. 64.*

Causa ad sententiam instructa, non
potuit terminari propter obitum Ill. &
Reuerendiss. Episcopi; fuit tamen à me
amicabiliter composita.

ARGVMENTVM.

Conductor quando possit mutare suæ possessionis causam. Testis vnicus non concludit neque cõtra producentem. Conductor non potest excipere de proprietate ad mentem *textus in l. si quis conductionis C. locati.*

SVMMARIVM.

1 *Confessio propria superat omnem aliam probationem.*
2 *Etiam extraiudicialis.*
3 *Conductionis contractus benè transire potest in emptionem, si partes ità conueniant.*
4 *Testis vnius depositio non concludit.*
5 *Neque contra producentem.*
6 *Testis vnici quauis probatione eliditur*
7 *Conductor non potest sibi mutare causam possessionis quando ius superueniens est dubium, & controuersum, sed debet esse clarum, & certum.*
8 *Conductor non potest excipere de proprietate aduersus locatorem.*
9 *Neque eius hæres, siuè quinis habent causam ab eo.*
10 *Locatori non conductori datur manutentio pro ciuili, ad recuperandam naturalem possessionem à conductore.*
11 *Conductor non sibi, sed Domino locatori possidet.*
12 *Remedium* l. si quis conductionis C. locati *dicitur intentatum, si petatur re-*

ſtitutio rei locatæ,& mercedis.
13 *Petitio mercedis per locatorem non impedit remedium* l. ſi quis Conductionis C.locat. & Conduct.

PLACITVM LIII.

IN cauſa Ciuili,verten.in hac Epiſcopali Curia Neritonen. inter Cler. Delphinum, & fratres de Iulia actores,hæredes q. V. I. D. Franciſci Antonij patris, & Cler. Franciſcum Antonium Lucciano reum ſuper reſtitutione centum, & ſeptemdecim ouium, & caprarum,ei à d.q. Franciſco Antonio de Iulio locatarum, nec nõ ſuper ſolutione ducatorum quadraginta quinque reliquorum ex mercede affictus earundem ouium vſque ad annum 1669. & aliorum ducatorum centum quadriaginta pro mercede ab anno 1669. vſque ad præſentem 1676. ad rationem ducatorum viginti ſingulis annis ſeruata forma conuentionis, & contractus huiuſmodi;fuit reſolutum prædictum Cler.Franciſcum Antonium Lucciano condemnandum eſſe ad reſtituendum d. animalia,& ad ſoluendum quantitates petitas.

Conſtabat enim de locatione inita per d. q. Doctorem Franciſcumantonium de Iulio de dictis animalibus, eidem Cler. Lucciano facta ſub annua mercede ducatorum viginti; ità fatentur teſtes pro vtraque parte examinati, & pars ipſa aduerſa expreſsè confitetur,habuiſſe oues,& capras prædictas à d.Franciſcoantonio de Iulio titulo locationis, cuius confeſſione maior probatio in iure non inuenitur, & omnem aliam probationem ſuperat *l. cum purum C. de liber.cauſ.l.cum tela* 2. *C. de tranſact.Greg. XV. deciſ.* 143. *in fine Rota penès Buratt. deciſ.*378.*nu.*2.*&* 3. *Card. Ottbob. deciſ.* 134.*n.*5.*& deciſ.*56.*n.*7.*inter eius impreſſas* etiam ſi extraiudicialis *d. deciſ.* 56. *num.* 8.

2 Neque iuuat Lucianum oppoſita exceptio Dominij, dum fatetur,ſe conduxiſſe d.animalia,ſed poſt primum annum finitum cõductionis, dicit emiſſe eadem animalia ab eodem Iulio, locatore, atque adeo contractum locationis tranſijſſe in contractum emptionis, & ven-
3 ditionis, quod benè fieri poſſe,nemo eſt, qui ambigat *Rotam corã D.Card. Ottbob. deciſ.*105.*n.*8.

Quia ad hoc probandum non adducit niſi vnicum tantum teſtem, qui licèt ſit V. I. D. ac propterea omni exceptione maior videatur, eſt tamen vnicus;vn-
4 de eius depoſitio non concludit *Rota*
5 *deciſ.*161.*n.*3. *par.* 8. *recent.* nec etiam contra ipſum producentem *Rota ibidem*,
6 & contraria quauis minus plena probatione eliditur *ibid. n.* 4. Alij teſtes deponentes de fama minus releuant,cum aliqui dicant,audiuiſſe ab eodem Luciano,quidam alius dicit, audiuiſſe quoſdã dicentes *bora ſenaranno le pecore à Lucciano*, & alios reſpondiſſe, *non li fanno niente,perche dice hauerle comprate*, cuius dictum potius obeſt, cum depoſitio de fama ex hoc teſte eſt pro parte negantium incerta, & pro parte affirmantium emptionem aſſeritur prodijſſe ex *Lucciano* ibi: *dice hauerle comprate*, ac propterea eius dictum tantum habet ponderis in probando, quantum eius author,
7 qui eſt Lucianus ipſe, & ad effectum vt conductor poſſit ſibi mutare cauſam ſuæ poſſeſſionis,ius ſuperueniens debet eſſe clarum,& certum,ſecus ſi eſt dubiũ, & controuerſum *Card. Ottbob.dec.ſ.*105. *n.*8. *inter eius impreſſas.*

Et in omnem euentum quando Luccianus verè Dominus eſſet, non poſſet
8 aduerſus actores ex conductione opponere exceptionem vllam reſpicientem proprietatem *textus eſt in l.ſi quis conductionis C. locati, & cond.* ibi: *ſi quis conductionis titulo agrum, vel aliam quamcunque rem accepit, poſſeſſionem prius reſtituere debet, & tunc de propr etate litigare Rota deciſ.*222. *num.*4.*par.* 8. *recent. Card.Ottbob.deciſ.*105 *n.*2. *ex l.videamus* §.*qui virum ff.locati gloſ. in cap. inter dilectos* 6.*verb.locato de fide inſt um.*& aliis,
9 *ibid.*vbi *n.* 3. ſubdit,hoc non ſolũ procedere in ipſo conductore, ſed etiã in eius
10 hærede, & in quocũque habente cauſã ab eo;neque conductori,ſiuè eius hæredi aduerſus locatorem competunt remedia, poſſeſſoria, ſed locatori ipſi danda eſt manutentio pro ciuili poſſeſſione, ad recuperandam naturalem, quæ per conductorem detinetur *Card. Ottbob. ibid.*
11 *n.* 4. *& ſeq.* conductor enim non ſibi, ſed Domino locatori poſſidet *Rota deciſ.*613.*n.*19.*par.*5.*tom.* 2. *& deciſ.*89.*n.* 7.*par.*9.*tom.*1.*recent.*

Neque demum obſtat,actores non inſtituiſſe iudicium ex remedio *d. l. ſi quis conductionis*, & paſſos fuiſſe tractari ſi-
12 mul de proprietate;quia quoad primũ,

pa-

patet oppositum ex petitione,& libello, in quo petierunt restitui animalia locata, & solui mercedem, quòd est,rigorosè agere ex remedio *d.l. si quis conductionis Rota d.decis.222. par. 8. recent.* & quòad secundum, nihil attendentes ad id,quòd à reo gerebatur, sua iura tuebantur; & in omnem euentum eum non constet de proprietate intentata, retardati non potest effectus *l. si quis conductionis C. locati.*

13 Neque petita per actores condemnatio rei ad mercedem, & interesse,& forsan sequuta,impedit restitutionem animalium,& exequutionem *d.l.§si quis conductionis*, vt in terminis tenuit *Rota in decis.121.n.15.§.obiecta vers.fuit condemnatus.*

Et ità fuit decisum vtraque parte pluriès informante, &c.

ARGVMENTVM

Iuramentum suppletorium non datur, nisi semiplenè probatum sit, neque in delictis, siuè criminaliter, siuè ciuiliter procedatur, neque in causis arduis, & magnæ summæ.

SVMMARIVM.

1 *IVramentum suppletorium semiplenā probationem prærequirit.*
2 *Neque in delictis datur.*
3 *Siuè agatur criminaliter,siuè ciuiliter.*
4 *Neque in causis magnis, & arduis.*
5 *Causa,& summa censetur minima infra centum aureos.*
6 *Siuè quinquaginta.*
7 *Siuè decem libras auri.*

PLACITVM LIV.

IN causa introducta, & penden. in hac Episcopali Curia Neritonen. inter R. D. Ioannem Donatum Fenestra de Milpignano Hydruntinæ Diæcesis actorem, & V. I.D. Carolum de Elia Clericum de Terra Casarani huius Neritonen. Diæcesis reum, incidit dubitari, an reo ipsi esset deferendum Iuramentum suppletorium, & fuit resolutum pro negatiua.

1 Nam ad effectum vt iuramentum huiusmodi suppletorium concedi possit,inter alia requisita est, vt petens iuramentum semiplenè probauerit suam intentionem,*l.in bonæ fidei C.de reb.cred. Bart.in l. admonendi nu.57.ff. de Iureiur. Menoch.de arb.iud.cas. 190.n. 2.* & apud ipsum plures cum alijs, quos nupèr sequitur eruditissimus I. C. *D. Nicolaus Vincentius Scoppa*, dilucidè de hac agens materia, *in obseruat. ad decis. Gratian. obseruat. 36.* at reus nihil deduxerat quòad capita, super quibus petebat ad iurandum admitti; deduxerat enim ad excludendum actorem, agentem ad repetitionem ducatorum trium milliū, & quingentorum pecuniæ dotalium N. Fenestræ, amitæ actoris, & coniugis rei iam defunctæ,se impendisse aureos mille in vestes pretiosas, & vlterius d. N suam coniugem amouisse de domo sua multas res pretiosas, & vestes, ac bona mobilia; & quicquid sit, an probarum sit sufficienter de vestibus pretiosis,& amotione bonorum, de quà testes variè, & singulariter deponunt; de quantitate tamen impensarum, & bonorum valore, atque qualitate nihil deductum est, & nihilominus probanda erat quantitas impensarum saltem per vnum testem, aut semiplenam probationem, vt de iuramento suppletorio agi possit, sicuti ex recentioribus exponunt *Muscatell. in prax.S.C.lib.1.par.7.gloss.Conclusio,n.19. & 23.Thorus vol.35.n.4.tom. 1.* quos sequitur laudatus *D. Scoppa cit. obseruat. 36.n.6.*

2 Præterea quantum attinet ad prætensam amotionem bonorum intentatam, cum sit delictum, in ea non datur iusiurandum ad supplementum secundum communem opinionem, de qua *Bart. & DD.in l.3.ff. de testib.glos. in l.maritus ff. de quæstionib. & Bart. in l. admonendi 14. col.ff.de iureiur.glos. in cap.cum sunt in fine de regul.iur.in 6. Abb. in cap. fin.col.8. vers. si verò quæritur de iureiur. Gallupp. in prax.S.C. part. 2.cap.20.n.13. & ibi in addit.* doctissimus *D. Franciscus Verde*, ad præsens dignissimus Vici Equensis Episcopus, & *D. Scoppa vbi supr. n.27.* qui alios dat,licèt solus *Bald* dissentiat & quidem malè *in leg. qui accusare circa 4.notab.C.de edend.*

Neque obstat, communem hanc opinionem procedere in delictis,quando in eis proceditur criminaliter, non autem quan-

quando ciuiliter; nam verior est senten-
3 tia existimantium opinionem hanc pro-
cedere indistinctè, siuè criminaliter, siuè
ciuiliter, *Author Repertorij Felin. verb.
Iuramentum aliquando vers. Et sic amplia
conclusionem prope finem Menoch. de arb.
Iud.cas.464.n.6.*

4 Quò verò ad impensas erogatas in
vestibus pretiosis, quando adhuc semi-
plenè probatum esset, non esset iuramen-
tum deferendum, hoc enim nō defertur
in causis magnis, & arduis, *Abb. in cap.
fin.col.y.vers.quid enim de iuretur. glos.in
l.admonendi ff. de iure iurand.Bald.in l.bo-
næ fidei C.de rebus credit. Author dicti Re-
pertorij loc.cit. propè initium vers. secundo
confirmo Menoch. de arb.Iud.cas. 190.nu.
17.& cas.464 n.3.* & post alios *D. Scop-
pa vbi supr.n.27.*

Quòd autem hæc causa censenda sit
magni valoris, & ardua, non est ambi-
gendum, excedit enim summam aureo-
rum mille, quòad expensas vestium, &
totidem quòad res an ...as, vnde summa
5 minima existimanda non est, quæ ad
summam reputatur infra summam cen-
tum aureorum *glos. in §. sit tibi in verba
breuioris auth de mandat. Princip.* sequitur.
*Bart.in l. imperium n. 25. ff. de iurisdict.
omn Iud. Bald.in l.placeat C. de pedan. iu-
dicib n.8 Menoch. de arb.iud.cas.72.n.63.*
6 quinimò summam quinquaginta aureo-
rum *glos.in auth. nisi breuiores C. de sent.
ex breuit. rec.* Menoch. ibid.n. 9. siuè ad
summam, quę non excedit decem libras
auri, quę summa quadringentorum oc-
togiuta coronatorum est ex *Budeo de
asse lib.2. n. 3. Alciat.lib. 3.distinct.cap.9.
Couarr.var.resol.cap.11.n. 3.* docet *Meno-
ch. ibid. nu. 14.* at summa, de qua agitur,
excedit hanc summam duplo plus, vnde
petitum Iuramentum denegandum est.

Et ità fuit resolutum vtraque, &c.

FINIS
TOMI SECVNDI.



INDEX



INDEX

RERVM NOTABILIVM QVAE IN HOC SECVNDO TOMO CONTINENTVR.

Prior numerus Placitum, Secundus numerum marginalem, Tertius paginam indicat.

A

ACTIO.

ACTVS.

ALIENATIO.

APPELLATIO.

B

BENEFICIVM.

CAL-

C.

CALCVLVS.

CARCER.

CESSIO.

CITATIO.

CLAVSVLA.

CLERICVS.

COGNATIO.

CONDITIO.

CONSVETVDO.

CONTRACTVS.

Pe-

mo

E.

ECCLESIA.

EMPHYTEVSIS.

EPISCOPVS.

EVICTIO.

EXAMEN.

EXCEPTIO.

FE-

F.

FENESTRA.

FIDEICOMMISSVM.

FOEMINA.

G.

GRATIA.

H.

HÆRES.

HYPOTHECA.

I.

INDEMNITAS.

INDIVIDVVM.

INVENTARIVM.

INSTRVMENTVM.

Præ-

L.

LINEA.

LITTERÆ APOSTOLICÆ.

LOCATIO ET CONDVC.

MONASTERIVM, ET MONIALIS.

Op-

PER-

PERSONA.

POSSESSIO.

PROBATIO.

te-

ERRORES CORRECTIO.

Pag. col. 2.1.46. gratitudinijs gratitudinis. 3.2.30. approbat apparebat. 7.1.3.35. vero vera. 8.2.13. exæquuta exæquera. 18. 2.45. opponator apponatur. 19.2.31. esse esset. 21. 2. 58. dixisset cum dixisset. 24. 1.57. post cum post. 25.1. 50. violontes violantes. 29. 1. 3. potens petens 30.2.35. liberatur obliteratur. 32.2.51. eluitur eruitur. 34.1.47. dono vel causa, domo vel casata 36.1.36. elegi eligi. 39.1.32. siuè sinè 40.1 47. placuitq; statuitq. 40.2. deest. coniungere. ibid. 6. deest benedicere. 41.1.56. censeri censui. 41. 2. 34. & ea. 45.1.43. nepotes neptes 48.2.25. Molud Mohedan. 48.2.45. ex eo. 54.2.34. suffocat suffocet. ibid. 40. multiplicati multiplicatæ. 55.1.41. quia qua. 57.1.5. fortiris fortitis. 64. 1.53. ducumenta documenta 68.2.44. illius Il ius. ibid. 57. abstat obstat. 69.1.26. testus textus. 71.3.43. vltrò vltra. 74.1.48. viæ vice Ibid. 2.24. cẽsui cẽsus. 79.2.9. iuduci iudici. 81.1.23. octanni octenni. 83.1.9. morruo mortuo. ibid. 2.24. iure rure ibid. 33. decẽnij decendij. 84.1.16. eod. modo. ibid. 36. vbi ibi ibid. 2.15. siuè sinè. 85.1 14. fi. Cnd. ibid. 21. præsæntatione præsentatione. 86. 2.47. primo prima. 87. 1. 22. oridinariæ ordinariæ. 91.2.3. datur detur. 92.2.6. Archipræsbyteri, Archipresbyteri, & sic de reliquis. ibid. 49. diutini diutina. ibid. 50. posset possent. 93.1.5. Apostolicarum Apostolicorum. ibid. 2.18. different differant. 94.1.50. quia quæ. 95.1.27. verè verò, ibid. 2.30. par punct idid. Baptismo Baptisma. 96.1.11. arceolo vrceolo. ibid. 2.28, aduersus aduertens. 98 2. 40. & exactum, & non exactum. 100.1.8. & hoc ex hoc. 101.1.5. celari cœlati. ibid. 23, summæ summa. 102.1.6. negat neget. 104.1.51. indemnitatis, euictionis. 106.1.18. consuetum est demendum. 107.107. 9. exequantur, exæquantur. 109.1.18. vicibus, vocibus. ibid. 2.30, Accurtios. ibid. 52, Antonio, Antonia. 111.2.12. appenere opponere.